ferentes. Neque verò nunc *à vobis interficientur*, rependentes parem pœnam (immò iustas pœnas sufferent) nec ex prælio manus tendentes (vt aiunt) sed ex compositione ad causam dicendam seipsos dedentes. Quæ quum ita sint, Lacedæmonii, & legi quam isti præuaricati sunt subuenite, & nobis qui passi sumus iniqua, iustam gratiam reddite eorum quæ gnauiter gessimus: neque istorum verbis apud vos repulsam feramus. Edite Græcis exemplum, non verborum vos certamina sed factorum proponere: quæ si bona fuerint, breui commemoratione cõtenta sunt: compti autem modulatique sermones peccatis velamenta prætendunt. Quòd si illi penes quos arbitrium est, vt nunc penes vos, contractis in summã dubiis, cunctos semel interrogarent, minus captaret aliquis in turpibus factis pulchros sermones.

Ex libro quarto historiarum Thucydidis.

DEMOSTHENIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Pylum obsederant Athenienses duce Demosthene: liberare eam obsidione Lacedæmonii cum sociorum copiis parabant. Terra marique res gerebatur. Aduersus pedestres copias horum, suarum partem instruxerat Demosthenes: reliquam manum maritimis eorum viribus opponit, ne appelli possint. Instructos suos hortatur hac oratione vt pro virili parte hostem arceant, & à littore ac suis operibus summoueant. Necessitatem & facultatem proponit, quum ostendit quantam locus ille retentus opportunitatem ipsis sit præbiturus: & quàm facile sit hominibus rei maritimæ peritis rudiores aditu portus prohibere.

Ἄνδρες οἱ ξυναραύμοι τῶδε τῷ κινδύνου, μηδεὶς ὑμῶν ἐν τῇ διαδὲ ἀνάγκῃ ξυνετὸς βουλεύσθω δοκεῖν εἶναι, ὁμολογούμενος ἅπαν τὸ πρᾶγμα ἡμᾶς δρᾶν μᾶλλον, ἢ ἀσφαλεστέρως βουλεύσασθαι τοῖς παροῦσιν, ἢ ὀκνοῦντων αὖ τῶν ἀντιπάλων ὅσα γὲ ἐς ἀνάγκην ἀφίκται, ὡς σφῶν τάδε, λογισμὸν ἴσχειν ἐνδεχόμενα, κινδύνου τῷ ταχίστου προσδεῖται. ἐγὼ γὲ καὶ τὰ πλέω ὁρῶ πρὸς ἡμῶν ὄντα, ὦ ἑταῖροι, ὦ τε βέλτιον μεῖναι καὶ μὴ τῶν πλήθει αὐτῶν καταπλαγῆτε, τά τ' ἐπάρχοντα ἡμῖν κρείσσω καταπροσδοκῶσι. τῶν τε χωρίου τὸ δυσέμβατον ἡμέτερον νομίζω, ὁ μόνον ἡμῖν ξύμμαχον γίγνεται· ἐπεὶ χωρήσασι δὲ, καὶ σφαλεπὸν ὄν, δύσπορον ἔσται, μηδενὸς κωλύοντος. καὶ τὸν πολέμιον δὲ ἧσσον ἔξοιδα, μὴ ῥᾳδίως αὖτ' αὖ πάλιν οὔσης τῆς ἀναχωρήσεως, ὧν ὑφ' ἡμῶν βιάζηται. ὅπῃ γὲ τοῖς ναυσὶ ῥᾴστοι εἰσὶν ἀμυνέσθαι· ἐπιβαίνοντες δὲ, ἐν ᾧ ἴσῳ ἦσαν τῷ πλήθει αὐτῶν ὀκνήσουσιν ἄγαν δεῖν φοβεῖσθαι. κατ' ὀλίγον γὰρ μαχεῖται, καίτοι πολὺ ὂν, ἐπειδὴ τῆς προσορμίσεως. καὶ ὃν ἐν γῇ στρατὸς ὅτιν ὀκ τῶν ὁμοίου μείζων, ἀλλ' ἀπὸ νεῶν, οἷς πολλὰ τὰ καίρια δεῖ ἐν τῇ θαλάσσῃ ξυμβῶσιν. ὥστε τοῖς τούτων ἐπειδὴ αὐτοῖς πάλοις ἡγοῦμαι τῷ ἡμετέρῳ πλήθει. ἅμα δὲ ἀξιῶ ὑμᾶς, Ἀθηναίους ὄντας, καὶ ὁπλισταῖς ἐμπειρίᾳ τῇ ναυτικὴν ἐπ' ἄλλοις ἐπίβασιν (ὅπου εἴης ἐπόμενοι, καὶ μὴ φόβῳ ῥοθίου καὶ νεῶν ὀγκότητος καταπλουτοχωρίσῃ, ὀκ ἂν ποτε διάζοιτο) ἢ αὐτοῖς νεῶν μεῖναί τε, καὶ ἀμυνομένους παρ' αὐτῶν πολὺ ῥᾴονα, σώζειν ἡμᾶς τε αὐτοὺς καὶ τὸ χωρίον.

EADEM LATINE EX INTERPRETATIONE Laurentii Vallæ, ab Henrico Stephano aliquot in locis recognita.

VIri, qui mecũ hoc subiistis periculum, nemo vestrum malit in hac necessitate videri intelligens, reputando omnes quæ nos circũstant difficultates, potius quàm citra consultationem hostes inuadere: spem bonam concipiens fore vt etiam incolumis ex iis euadat. Quæcunque enim (vt hæc ipsa) in necessitatem deuenerunt, eorũ minimè iniri ratio potest, sed periclitatione celerrima opus habent. Quanquam ego plura nobiscum facere video, si & impetum eorum sustinere, nec quas habemus commoditates deserere volumus, multitudine illorum deterriti. Nam quòd locus accessu difficilis est, id pro nobis facere existimo. quippe qui impetum quidem sustinentibus nobis auxiliaturus sit: at, si recedamus, accessu facilis *hosti* sit futurus, quantumuis alioqui difficilis, *vtpote* nemine prohibente. Hostem quoque ex hoc acrioré habebimus, quòd ei, si à nobis vrgeatur, non facilis rursus sit sui receptio. Nam & dum in nauibus est, facil limè illi resistitur: & dum egreditur, iam æquo in loco ipsius multitudo, quamlibet magna (in exiguo enim dimicatur) non valde timenda est, ob littoris in quod descenditur iniquitatem. Neque maior ille *hostium* exercitus in terra est perinde *vt noster*, sed è nauibus *pugnaturus est*, quibus multæ commoditates in mari contingant necesse est.

UNED

Adeo suas illis difficultates existimo instar esse qualis nostra est hominum paucitas. Insuper vos obsecro, (quum sitis Athenienses, & experientia in alios è nauibus desiliendi, sciatis, siquis perstet, nec terrore illisorum fluctuum & cum impetu incurrentium nauium summoueatur, hunc nunquam vi summoueri) vt maneatis ad ipsas littoris salebras arcentes hostem, vósque ipsos pariter ac locum conseruetis.

LACEDAEMONIORVM ORATIO.

ARGVMENTVM.

Lacedæmonii, re malè gesta apud Pylum, quòd nec vrbẽ illam obsidione liberare, nec suos, quos in insula quadam Athenienſium nauibus opposuerant, recipere poterãt: (nolebant autem ad vtrosque seruandos belli aleam de integro subire) statuerunt cum Athenienſibus compositione rem totã transigere. Miserúntq; Athenas, qui pacẽ æquis conditionibus, si eò deduci Athenienses possent, conficerent. Eorum hæc est oratio in eam sententiam habita. Qui quum se legatos de obsessis recuperandis veniſſe ostendissent, multáque de moderatione, quæ in rebus secundis adhibenda est, dixissent: ad eam pacem hortati sunt Athenienses, quæ vtrisque eorum & Græciæ vniuersæ summopere expediret, ipsis verò Athenienſibus præcipuam gloriam haberet, quòd ii rebus suis integris Græciam pacassent.

Ἔ Πεμψαν ἡμᾶς Λακεδαιμόνιοι, ὦ Ἀθηναῖοι, περὶ τῆς ὑμετέρᾳ νήσῳ ἀνδρῶν πρόξοντας, ὅ, τι ἂν ὑμῖν τε ὠφέλιμον δοκῇ εἶναι τὸ αὐτὸ πείθωμεθα, καὶ ἡμῖν ἐς τὴν ξυμφορὰν, ὡς ὀνήσοντες μάλιστα μέλλοι εἶσθαι. τοῖς δὲ λόγοις μακροτέροις οὐ χρὴ τὸ εἰωθὸς μηκυνοῦμεν, ἀλλ' ὅπη χωρεῖσθαι ὑμῖν, οὐ μὴ βεβαίοις ἐρήσῃ, μὴ πολλοῖς χρῆσθαι, πλείστη δὲ, ὧν ᾧ ἂν καιρὸς ἢ διδάσκοντας τι τῆς παρούσης βουλεύσασθαι πρὸς εἰδότας ἡγησάμενοι. ἡμῖν γὰρ ἀτυχίαι τινὶ παροῦσαι ἔξεστι καλῶς θέσθαι, ἔχοντι μὲν ὧν κρατεῖτε, πρόσταλαιοῦσι δὲ πλεῖον καὶ δόξαν καὶ μὴ παρὸν ὅσῳ οἱ ἀήθως τἀγαθὸν λαμβάνοντες τῆς αὐτομάτου. ἀεὶ γὰρ τῷ πλέονος ἐλπίδι ὀρέγονται, διὰ τὸ καὶ τὰ παρόντα ἀδοκήτως ἀτυχῆσαι. οἷς δὲ πλεῖσται μεταβολαὶ ἐπ' ἀμφότερα ξυμβεβήκασι, δικαιοί εἰσι καὶ ἀπιστότατοι εἶναι τοῖς εὐτυχίαις. ὃ τῆς τε ὑμετέρας πόλεως διὰ ἐμπειρίαν, καὶ ἡμῖν μάλιστ' ἂν τῷ εἰκότος προσείη. γνῶτε δὲ καὶ ἐς τὰς ἡμετέρας νεῶν ξυμφορὰς ἀπιδόντες, οἵπερ ἀξίωμα μέγιστον τῶν Ἑλλήνων ἔχοντες ἥκομεν παρ' ὑμᾶς, πρότερον αὐτοὶ κωλυτέροι νομίζοντες εἶναι δοῦναι ἐφ' ἃ νῦν ἀφικόμεθα ὑμᾶς αἰτήσοντες. καίτοι οὔτε δυνάμεως ἐνδεία ἐπάθομεν αὐτό, οὔτε μείζονος προσγενομένης ὑβρίσαντες, ἀπὸ δὲ τοῦ ἀεὶ ἴσα τοῖς ἄρχουσι γνώμῃ σφαλέντες, ὧν ᾧ πᾶσι τὸ αὐτὸ ὁμοίως ἴσα ἄρχειν. ὥστε οὐκ εἰκὸς ὑμᾶς δι' αὐτὸ παροῦσαν νεῶν ῥώμῃ πόλεώς τε καὶ τοῦ προσγενομένου ὕβρεως, καὶ τὸ τῆς τύχης οἴεσθαι ἀεὶ μεθ' ὑμῶν ἕσεσθαι. σωφρόνων δὲ ἀνδρῶν οἵπερ ἐν καλῷ ἐς ἀμφίβολον ἀσφαλῶς ἔθεντο, καὶ ταῖς ξυμφοραῖς οἱ αὐτοὶ ἀξιωτέρους. ἂν προσφέρωντο, τάντε πόλεμον νομίσωσι μὴ καθ' ὅσον ἂν τις αὐτοῦ μέρος βούληται μεταχειρίζειν, οὕτω ξυνέναι, ἀλλ' ὡς ἂν αἱ τύχαι αὐτοῦ ἡγήσωνται. καὶ ἐλάχιστ' ἂν οἱ τοιοῦτοι πλανῶντες, διὰ τὸ μὴ τῷ ὀρθουμένῳ αὐτοῦ πιστεύοντες ἐπαμῦναι, ὑπὸ τῆς ὑπούσης ἂν μάλιστα καταλυόντο. ὃ νεῶν ὑμῖν ὦ Ἀθηναῖοι καλῶς ἔχει πρὸς ἡμᾶς πρᾶξαι καὶ μὴ ποτε ὕστερον, ἵνα ὀρᾶ μὴ πειθόμενοι σφαλῆτε, ἃ πολλὰ ἐνδέχεται, νομισθῶσι τύχῃ καὶ τὰ νεῶν προχωρήσαντα κρατῆσαι, ἐξὸν ἀκινδύνως δόκησιν ἰσχύος καὶ ξυνέσεως ἐς τὸ ἔπειτα καταλιπεῖν. Λακεδαιμόνιοι δ' ὑμᾶς προκαλοῦνται ἐς σπονδὰς καὶ διάλυσιν πολέμου, διδόντες μὲν εἰρήνην καὶ ξυμμαχίαν, καὶ ἄλλην φιλίαν πολλὴν καὶ οἰκειότητα ἐς ἀλλήλους ἐπαγόμενοι, αὐτοπρωτεῖς δ' ἐκ τῆς νήσου ἄνδρας καὶ ἄμεινον ἡγούμενοι ἀμφοτέροις μὴ διὰ μάχης κινδυνεύεσθαι, εἴτε βίᾳ διαφύγοιεν, πρὸς τύχης πονηρᾶς σωτηρίας, εἴτε καὶ ὑπολειφθέντες, μᾶλλον ἂν χειρωθεῖεν. νομίζομεν τε τὰς μεγάλας ἔχθρας μᾶλις' ἂν διαλυθῆναι βεβαίως, ὅταν ἑκὼν αὐτομολούμενός τις καὶ ὑπὸ κρατήσας τὸ πλέον τοῦ πολέμου, κατ' αἰκίαν ὅρκοις εἴκατα λαμβάνων, μὴ ὑπὸ τοῦ ἴσου ξυμβῇ, ἀλλ' ἑκὼν παρὸν τὸ αὐτὸ δρᾶσαι πρὸς τὸ ὑπεικές, καὶ ἀρετῇ αὐτὸς νικήσας παρὰ ἃ προσεδέχετο, μετείως ξυναλλαγῇ. ὀφείλων γὰρ ἤδη ὁ ἀναγκασθεὶς μὴ αὐτομολῆσαι, ὡς βιασθείς, ἀλλ' ἀποδοῦναι ἀρετὴν, ἑτοιμότερος ἔσται αἰσχύνῃ ἐμμένειν οἷς ξυνέθετο καὶ μᾶλλον πρὸς τοὺς μείζονος ἐχθροὺς τοῦτο δρῶσιν οἱ αὖ πρόσθεν ἢ πρὸς τοὺς τὰ μέτρια διενεχθέντας. πεφύκασί τε τῶν μὲν ἑκουσίως ἐνδοῦσιν αὐθαδέστερα μετ' ἡδονῆς, πρὸς δὲ τοὺς ὑπεραυχοῦντα, καὶ παρὰ γνώμην διαφανδὸν ἐνδύειν. ἡμῖν δὲ καλῶς, εἴπερ ποτέ, ἔχει ἀμφοτέροις ἐξαλλαγῆναι, πρὶν πανάπηκεσι διὰ μέσου γενόμενον ἡμᾶς καταλαβεῖν, ὧν ᾧ αἰσχύνη αἰδέσιον ὑμῖν ἔχθραν πρὸς τὴν κοινὴν καὶ ἰδίαν ἔχειν, ἡμᾶς δὲ στερηθῆναι ὧν νεῶν προκαλούμεθα. ἔπεσι μὲν ὄντων ἀκρίτων, καὶ ὑμῖν μὲν δόξης καὶ ἡμετέρας φιλίας προσγενομένης, ὑμῖν δὲ περὶ αἰχμῆς πονηρᾶς, ξυμφορᾶς μετείως καταπαυομένης, διὰ μαχῶμεθ' ἢ αὖ πάντε αὖ πολέμου εἰρήνην ἑλώμεθα, καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν αὐτὰ παύσωμεν κακῶν ποιήσαντες, οἳ καὶ ὧν οὕτω ὑμᾶς αἰτιωτέρους ἡγήσονται. πολεμοῦντα γὰρ ἀσαφῶς ὁποτέρων ἀρξάντων καταλύσεως ἢ γνώμης (ἧς νῦν ὑμεῖς πλέον κύριοί ἐστε) τάχ' ἂν ἐν ὑμῖν προσθήσοιεν. ἰὼ τε γῶτε, Λακεδαιμονίοις ἔξεστιν ὑμῖν φίλοις γενέσθαι βεβαίως, αὐτῆς τε προκαλεσαμένων, καὶ ἐσαῦθις τε μᾶλλον ἢ βιασαμένοις. καὶ ὧν οὕτω τὰ ἐνόντα ἀσφαλῆ σκοπεῖτε ὅσπερ εἰκὸς ἦν). ἡμῖν γὰρ καὶ ὑμῖν ταῦτα λεγόντων, τὸ γε ἄλλο Ἑλληνικὸν ἴσως ὅπη ἐπὶ τὸ δεξιὸν ἢ τὰ μέγιστα πίπτει.

EADEM LATINE, EX INTERPRETATIONE Laurentii Vallæ, ab Henr. Stephano nonnullis in locis recognita.

LAcedæmonii nos miserunt huc, Athenienses, ad transigendum de iis qui in insula sunt viris, suadentes quicquid vobis emolumentum, idémque nobis, vt in hoc

calamitoſo caſu, honeſtum maximè ſit nobis futurum. Neque verò longiorem præter cõſuetudinem habebimus orationem: ſed noſtri inſtituti eſt, vbi pauca verba ſufficiũt, non vti multis: rurſus vti pluribus, quoties poſtulat tempus docere verbis quid in primis operæpretium ſit facere. Quæ vos nolite hoſtili animo accipere, neque vos tanquã ignaros doceri, ſed vt gnaros, de bene conſultando commonefieri exiſtimate. Vobis enim licet præſentem proſperitatem pulchrè adminiſtrare, præterquam quòd *viros* illos in veſtra poteſtate habetis, honorem etiam & gloriam adipiſcendo: nec admittendo id quod quidam faciunt, qui boni aliquid præter conſuetudinem adepti, ſemper propter præſentem ex inopinato proſperitatem, ſperantes, maiora concupiſcunt. At ii quibus crebræ alternantis fortunæ viciſſitudines contigerũt, eos æquum eſt minimè proſperitatibus confidere. id quod præcipuè & veſtræ ciuitati ob experientiam, & noſtræ meritò adſit. Quod etiam vobis licet intelligere, ad noſtros caſus reſpiciendo, qui quum ſimus ſummæ apud Græcos dignitatis, tamen vos adiuimus ad ea poſtulanda quæ dare antehac ipſi, vt credimus, potentiores eramus. Neque verò vel quòd defuerit nobis potentia, vel quòd ob eius incrementum inſolentes facti ſimus, hæc nobis acciderunt: ſed quum ſolitæ vires nobis eſſent, opinione decepti fuimus: qua in re omnium æqua conditio eſt. Quominus oportet vos, præſenti ciuitatis veſtræ robore & acceſſione aliarum rerum fretos, opinari fortunam vobiſcum perpetuò futuram: quum ſit prouidorum hominum, felicitatem ſuam pro certo habere, in incerto poſitam eſſe, vt ferendis accidentibus ſint inſtructiores: neque exiſtimare, quatenus voluerit quis aggredi bellũ, eatenus ei facultatem adeſſe, ſed quatenus fortuita ſua ducent. Huiuſmodi homines, quia animos non tollunt ſua proſperitate confiſi, minimùm labuntur, in ſumma felicitate maximè trepidi. Quod ſi erga nos hoc tempore facietis Athenienſes, bene vobiſcum agitur: ac non *committatis vt* ſi vos à nobis non exorati, rebus aduerſis conflictemini (quales multæ accidere poſſunt) exiſtimemini hanc quoque proſperitatem fortuitò conſequuti eſſe, quum poſſitis, nullo cum periculo famam & potentiæ & prudentiæ poſteritati relinquere. Lacedæmonii autem vos ad fœdera & ad finiendum bellum prouocant, offerentes pacem, ſocietatem, & aliam in poſterum quancunque amicitiam neceſſitudinémque, pro his repoſcentes eos qui in inſula ſunt viros, ſatiúſque vtriſque fore exiſtimantes nõ adire diſcrimen, ſiue illi effugiant oblata aliqua ſalutis occaſione, ſiue expugnati potius capiantur. ac vehementes inimicitias ita demum vſquequaque diſſolui arbitrantes, non ſi dimicando pars altera in bello iam multo ſuperior alteram ad iuſiurãdum adigat, neque ex æquo paciſcatur, ſed ſi dum occaſio ſuppetit *alteri parti* idem faciendi, illa quæ victrix eſt, probitate vtens, pacis conditiones tolerabiles ferat. Quum enim debeat altera pars non iniuriam vlciſci, vt cui per vim *conditiones illæ* extortæ ſint: ſed probitatem compenſare *quæ in illis præſtita eſt*, præ verecundia ad ſtandum conuentis promptior eſt. Quod citius faciunt homines erga maiores quàm erga mediocres aduerſarios: quum ſit natura comparatum vt ſæpe ſponte cedentibus liben ter indulgeamus, inſolentibus, etiam contra animi propoſitum, cum periculo aduerſemur. Nobiſcum verò vtriſque ſi vnquam aliàs, nunc profectò præclarè agitur ſi in gratiam redeamus priuſquam aliquod grauiſſimum *malum* nobis interea accidat, ex quo neceſſe ſit nos æternum erga vos gerere odium publicè priuatímque, & vos earum rerum amittatis arbitrium quas nunc flagitamus. Sed quoniam adhuc anceps euentus eſt, reconciliemur: vos, cum gloria noſtráque beneuolẽtia: nos, cum mediocri tolerabilique iactura, deuitato dedecore. Et cum ipſi bello pacem anteponamus, tum cæteris Græcis malorum requiem demus: cuius etiam rei vos præcipuè autores cenſebunt. Nunc enim bello vexantur, neſcientes vtri autores belli extiterint: facta verò reconciliatione (cuius nunc penes vos maior poteſtas eſt) gratias vobis habebunt: ſique *rem* perſpiciatis, facultas vobis adeſt Lacedæmonios firmos vobis amicos efficiendi, quũ & ipſi ad hoc *vos* prouocauerint, & gratificaturi ſitis, non vi compulſuri. In quo quot bona ineſſe credibile ſit, conſiderate. Nam eadem nobis vobiſque dicentibus, noſtis fore vt cæteri Græci *nobis* inferiores maxima reuerentia ea proſequentur.

HERMOCRATIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Quum in Sicilia bella intestina exarsissent, principióque longè potentissimæ ciuitates duæ dissiderent, Syracusana & Leõtina: post verò manasset discordia ad alias ciuitates, totáque iam insula bellis æstuaret: pacti sunt inducias Camarinæi & Geloi: deinde alii populi Galam legationes de pace miserunt. Ibi quum pro se quisque quæ viderentur diceret, Syracusanus Hermocrates præter cæteros studiosus hortator paci fuit, habuítque hanc orationem in eam sententiam. In hac, belli calamitate exposita, quòd illud nunquam vtrisque posset esse commodum, sæpe ambobus perniciosum, nunquam autem quicquam in se haberet boni: demõstratóque periculo, quod vniuersæ Siciliæ impenderet ab exteris auxiliis, quæ accita essent (maximè ab Atheniensibus, qui nõ obscurè totius insulæ imperio inhiarent) omnes ad pacis studium est hortatus: autórque fuit, vt potius singuli de suo iure remitterent, quàm committerent vt repudiata pace ad arma rediretur.

Ουτε πόλεως ὢν ἐλαχίστης, ὦ Σικελιῶται, τοὺς λόγους ποιήσομαι, οὔτε πονουμένης μάλιστα τῷ πολέμῳ, ἐς κοινὸν δὲ τὴν δοκοῦσάν μοι βελτίστην γνώμην εἶναι ἀποφαινόμενος τῇ Σικελίᾳ πάσῃ. καὶ περὶ μὲν τοῦ πολεμεῖν, ὡς χαλεπόν, τί ἄν τις πᾶν τὸ ἐνὸν ἐκλέγων ἐν εἰδόσι μακρηγοροίη; οὐδεὶς γὰρ οὔτε ἀμαθίᾳ ἀναγκάζεται αὐτὸ δρᾶν, οὔτε φόβῳ, ἢν οἴηταί τι πλέον σχήσειν, ἀποτρέπεται. ξυμβαίνει δὲ τοῖς μὲν τὰ κέρδη μείζω φαίνεσθαι τῶν δεινῶν, οἱ δὲ τοὺς κινδύνους ἐθέλουσιν ὑφίστασθαι πρὸ τοῦ αὐτίκα τι ἐλασσοῦσθαι· αὐτὰ δὲ ταῦτα εἰ μὴ ἐν καιρῷ τύχοιεν ἑκάτεροι πράσσοντες, αἱ παραινέσεις τῶν ξυναλλαγῶν ὠφέλιμοι. ὃ καὶ ἡμῖν ἐν τῷ παρόντι πειθομένοις πλείστου ἂν ἄξιον γένοιτο. τὰ γὰρ ἴδια ἕκαστοι εὖ βουλευόμενοι δὴ θέσθαι, τό τε πρῶτον ἐπολεμήσαμεν, καὶ νῦν πρὸς ἀλλήλους δι' ἀντιλογιῶν πειρώμεθα καταλλαγῆναι. καὶ ἢν ἄρα μὴ προχωρήσῃ ἴσον ἑκάστῳ ἔχοντι ἀπελθεῖν, πάλιν πολεμήσομεν. καίτοι γνῶναι χρὴ ὅτι οὐ περὶ τῶν ἰδίων μόνον, εἰ σωφρονοῦμεν, ἡ ξύνοδος ἔσται, ἀλλ' εἰ ἐπιβουλευομένην τὴν πᾶσαν Σικελίαν, ὡς ἐγὼ κρίνω, ὑπ' Ἀθηναίων, δυνησόμεθα ἔτι διασῶσαι· καὶ διαλλακτὰς πολὺ τῶν ἐμῶν λόγων ἀναγκαιοτέρους περὶ τῶνδε Ἀθηναίους νομίσαι, οἳ δύναμιν ἔχοντες μεγίστην τῶν Ἑλλήνων, τάς τε ἁμαρτίας ἡμῶν τηροῦσιν, ὀλίγαις ναυσὶ παρόντες, καὶ ὀνόματι ἐννόμῳ ξυμμαχίας, τὸ φύσει πολέμιον εὐπρεπῶς ἐς τὸ ξυμφέρον καθίστανται. πόλεμον γὰρ αἰρομένων ἡμῶν, καὶ ἐπαγομένων αὐτοὺς ἄνδρας, οἳ καὶ τοῖς μὴ ἐπικαλουμένοις αὐτοὶ ἐπιστρατεύουσι, κακῶς τε ἡμᾶς αὐτοὺς ποιούντων τέλεσι τοῖς οἰκείοις, καὶ τῆς ἀρχῆς ἅμα προκοπτόντων ἐκείνοις, εἰκός, ὅταν γνῶσιν ἡμᾶς τετρυχωμένους, καὶ πλέονί ποτε στόλῳ ἐλθόντας αὐτούς, τάδε πάντα πειράσασθαι ὑπὸ σφᾶς ποιεῖσθαι. καίτοι τῇ ἑαυτῶν ἑκάστους, εἰ σωφρονοῦμεν, χρὴ τὰ μὴ προσήκοντα ἐπικτωμένους, μᾶλλον ἢ τὰ ἑτοῖμα βλάπτοντας, ξυμμάχους τε ἐπάγεσθαι, καὶ τοὺς κινδύνους προσλαμβάνειν. νομίσαι τε στάσιν μάλιστα φθείρειν τὰς πόλεις, καὶ τὴν Σικελίαν, ἧς γε οἱ ἔνοικοι ξύμπαντες μὲν ἐπιβουλευόμεθα, κατὰ πόλεις δὲ διέσταμεν. ἃ χρὴ γνόντας, καὶ ἰδιώτην ἰδιώτῃ καταλλαγῆναι, καὶ πόλιν πόλει, καὶ πειρᾶσθαι κοινῇ σῴζειν τὴν πᾶσαν Σικελίαν, παρεστάναι δὲ μηδενὶ ὡς οἱ μὲν Δωριεῖς ἡμῶν, πολέμιοι τοῖς Ἀθηναίοις, τὸ δὲ Χαλκιδικὸν τῇ Ἰάδι ξυγγενείᾳ ἀσφαλές. οὐ γὰρ τοῖς ἔθνεσιν ὅτι δίχα πέφυκε τοῦ ἑτέρου, ἔχθει ἐπίασιν, ἀλλὰ τῶν ἐν τῇ Σικελίᾳ ἀγαθῶν ἐφιέμενοι, ἃ κοινῇ κεκτήμεθα. ἐδήλωσαν δὲ νῦν ἐν τῇ τοῦ Χαλκιδικοῦ γένους παρακλήσει. τοῖς γὰρ οὐδέποτε σφίσι κατὰ τὸ ξυμμαχικὸν προσβοηθήσασιν, αὐτοὶ τὸ δίκαιον μᾶλλον τῆς ξυνθήκης προθύμως παρέσχοντο. καὶ τοὺς μὲν Ἀθηναίους ταῦτα πλεονεκτεῖν τε καὶ προνοεῖσθαι, πολλὴ ξυγγνώμη, καὶ οὐ τοῖς ἄρχειν βουλομένοις μέμφομαι, ἀλλὰ τοῖς ὑπακούειν ἑτοιμοτέροις οὖσι. πέφυκε γὰρ τὸ ἀνθρώπειον διὰ παντὸς ἄρχειν μὲν τοῦ εἴκοντος, φυλάσσεσθαι δὲ τὸ ἐπιόν. ὅσοι δὲ γιγνώσκοντες αὐτὰ μὴ ὀρθῶς προσκοποῦμεν, μηδὲ τοῦτό τις πρεσβύτατον ἥκει κρίνας, τὸ κοινῶς φοβερὸν ἅπαντας εὖ θέσθαι, ἁμαρτάνομεν. τάχιστα δ' ἂν ἀπαλλαγὴ αὐτοῦ γένοιτο, εἰ πρὸς ἀλλήλους ξυμβαῖμεν. οὐ γὰρ ἀπὸ τῆς αὐτῶν ὁρμῶνται Ἀθηναῖοι, ἀλλ' ἐκ τῆς τῶν ἐπικαλεσαμένων. καὶ οὕτως οὐ πόλεμος πολέμῳ, εἰρήνῃ δὲ διαφοραὶ ἀπραγμόνως παύονται. οἵ τ' ἐπίκλητοι εὐπρεπῶς ἄδικοι ἐλθόντες, εὐλόγως ἄπρακτοι ἀπίασι. καὶ τὸ μὲν πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, τοσοῦτον ἀγαθὸν εὖ βουλευομένοις εὑρίσκεται. τὴν δὲ ὑπὸ πάντων ὁμολογουμένην ἄριστον εἶναι εἰρήνην, πῶς οὐ χρὴ καὶ ἐν ἡμῖν αὐτοῖς ποιήσασθαι; ἢ δοκεῖτε, εἴ τῳ τι ἔστιν ἀγαθόν, ἢ εἴ τῳ τὰ ἐναντία, οὐχ ἡσυχίαν μᾶλλον ἢ πόλεμον τὸ μὲν παῦσαι ἂν ἑκατέρῳ, τὸ δὲ ξυνδιασῶσαι, καὶ τὰς τιμὰς καὶ λαμπρότητας ἀκινδυνοτέρας ἔχειν τὴν εἰρήνην, ἄλλα τε ὅσα ἐν μήκει λόγων ἄν τις διέλθοι, ὥσπερ περὶ τοῦ πολεμεῖν; ἃ χρὴ σκεψαμένους, μὴ τοὺς ἐμοὺς λόγους ὑπεριδεῖν, τὴν δὲ αὑτοῦ τινὰ σωτηρίαν μᾶλλον ἀπ' αὐτῶν προϊδεῖν. καὶ εἴ τις βεβαίως τι ἢ τῷ δικαίῳ ἢ βίᾳ πράξειν οἴεται, τῷ παρ' ἐλπίδα μὴ χαλεπῶς σφαλλέσθω, γνοὺς ὅτι πλείους ἤδη καὶ τιμωρίαις μετιόντες τοὺς ἀδικοῦντας, καὶ ἐλπίσαντες ἕτεροι δυνάμει τινὶ πλεονεκτήσειν, οἱ μὲν οὐχ ὅσον οὐκ ἠμύναντο, ἀλλ' οὐδ' ἐσώθησαν, τοὺς δ' ἀντὶ τοῦ πλέον ἔχειν, προσκαταλιπεῖν τὰ αὑτῶν ξυνέβη. τιμωρία γὰρ οὐκ εὐτυχεῖ δικαίως, ὅτι καὶ ἀδικεῖται. οὐδὲ ἰσχὺς βέβαιον, διότι καὶ εὔελπι. τὸ δὲ ἀστάθμητον τοῦ μέλλοντος ὡς ἐπὶ πλεῖστον κρατεῖ. πάντων τε σφαλερώτατον ὄν, ὅμως καὶ χρησιμώτατον φαίνεται. ἐξ ἴσου γὰρ δεδιότες, προμηθείᾳ μᾶλλον ἐπ' ἀλλήλους ἐρχόμεθα. καὶ νῦν τοῦ ἀφανοῦς τε τούτου διὰ τὸ ἀτέκμαρτον δέος, καὶ διὰ τὸ ἤδη φοβεροὺς παρόντας Ἀθηναίους κατ' ἀμφότερα ἐκπλαγέντες, καὶ τὸ ἐλλιπὲς τῆς γνώμης, ὧν ἕκαστός τις ᾠήθημεν πράξειν, ταῖς κωλύμαις ταύταις ἱκανῶς νομίσαντες εἰρχθῆναι, τοὺς ἐφεστῶτας πολεμίους ἐκ τῆς χώρας ἀποπέμπωμεν, καὶ αὐτοὶ μάλιστα μὲν ἐς ἀίδιον ξυμβῶμεν, εἰ δὲ μή, χρόνον ὡς πλεῖστον σπεισάμενοι, τὰς ἰδίας διαφορὰς ἐς αὖθις ἀναβαλώμεθα. τὸ ξύμπαν τε δὴ γνῶμεν, πειθόμενοι μὲν ἐμοί, πόλιν ἕξοντες ἕκαστος ἐλευθέραν, ἀφ' ἧς αὐτοκράτορες ὄντες, τὸν εὖ καὶ κακῶς δρῶντα ἐξ ἴσου ἀρετῇ ἀμυνούμεθα· ἢν δὲ ἀπιστήσαντες, ἄλλοις ὑπακούσωμεν, οὐ περὶ τοῦ τιμωρήσασθαί τινα, ἀλλὰ καὶ ἄγαν εἰ τύχοιμεν, φίλοι μὲν ἂν τοῖς ἐχθίστοις, διάφοροι δὲ οἷς οὐ χρή, κατ' ἀνάγκην γιγνώμεθα. καὶ ἐγὼ μέν (ἅπερ καὶ ἀρχόμενος εἶπον) πόλιν τε μεγίστην παρεχόμενος, καὶ ἐπιών τῳ μᾶλλον ἢ ἀμυνούμενος, ἀξιῶ προειδομένους αὐτῶν ξυγχωρεῖν, καὶ μὴ τοὺς ἐναντίους οὕτω κακῶς δρᾶν

ὥς τε αὐτοὶς τὰ πλέω βλάπτεσθαι, μηδὲ μοχθηρία φιλονεικῶν ἡχεῖσθαι, τῆς τε οἰκείας γνώμης ὁμοίως αὐτοκράτωρ εἶναι, καὶ ἧς ἂν ἄρχω τύχης, ἀλλ' ὅσον εἰκὸς ἡσσᾶσθαι. καὶ τοῖς ἄλλοις δικαιῶ τοῦτο μοι ποιῆσαι ὑφ' ὑμῶν αὐτῶν, καὶ μὴ ὑπὸ τῶν πολεμίων τοῦτο παθεῖν. οὐδὲν γὰρ αἰσχρὸν οἰκείοις οἰκείων ἡσσᾶσθαι, ἢ Δωριεῖα πνέα, Δωριέως, ἢ Χαλκιδέα, τῶν ξυγγενῶν. τὸ δὲ ξύμπαν, εἰ πονᾶς ὄντας, καὶ ξυνοίκους μὰς χώρας καὶ παρεῤῥύπου, καὶ ὄνομα ἓν κεκλημένους Σικελιώτας, οἳ πολεμήσομέν τε, οἶμαι, ὅταν ξυμβῇ, καὶ ξυλλεγησόμεθά γε πάλιν καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς, λόγοις καινοῖς χρώμενοι. τοὺς δὲ ἀλλοφύλους ἐπελθόντας ἀθρόοι, ἢν σωφρονῶμεν, ἀμυνούμεθα, εἴπερ καὶ καθ' ἑκάστους βλαπτόμενοι ξύμπαντες κινδυνεύομεν. ξυμμαχίας δὲ οὐδέποτε ξυλλύσαντες ἐπαξόμεθα, οὐδὲ διαλλακτάς. τάδε γὰρ πιστεύοντες, ἔν τε τῷ παρόντι δυοῖν ἀγαθοῖν οὐ στερήσομεν τὴν Σικελίαν, Ἀθηναίων τε ἀπαλλαγὴν, καὶ οἰκείου πολέμου· καὶ ἐς τὸ ἔπειτα, καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς ἐλευθέραν νεμούμεθα καὶ ὑπὸ ἄλλων ἥσσον ὀφθουλυομένην.

EADEM LATINE, EX INTERPRETATIONE Laur. Vallæ, ab Henr. Stephano nonnullis in locis recognita.

NON ex ea ciuitate, viri Sicilienſes, quæ aut minima ſit, aut maximè bello laboret, ego ortus, verba facturus ſum, ſed vt aperiã quæ mihi ſententia optima videatur in commune totius Siciliæ bonum. Ac bellũ quidem gerere quàm res ſit triſtis, & vniuerſa quæ in eo ſolent contingere, quid attinet quenquam ſingula colligentem, longa apud non ignaros oratione vti? Nemo enim aut rerum imperitia ad hoc agendum compellitur, aut ab hoc agendo, ſiquid amplius adepturum ſe ſperat, terrore coercetur: ſed vſuuenit vt his quidem maiora lucra quàm pericula eſſe videantur, illi quoduis diſcrimen adire quàm vllam iacturam in præſenti facere malint. Quòd ſi neutris hæc ſuccedant, nimirum exhortatio ad reconciliationem conducit: id quod nobis hoc tempore, ſi acquieſcimus, in primis operæpretium erit. Nanque antea, quũ vt ſuis quiſque rebus bene conſuleret, bellum ſuſceperimus, nunc inuicem altercantes, tentemus in priſtinam redire gratiam: rurſum reuerſuri ad bellum niſi ſuum ius cuique reddatur. Quanquam noſſe vos oportet non de priuatis modò rebus (ſi ſapimus) coactum eſſe concilium, ſed an vniuerſam quoque Siciliam, cui Athenienſes (vt ego arbitror) inſidiantur, poterimus adhuc conſeruare. Ac certè pacificatores multo magis vrgentes exiſtimare oportet Athenienſes, quàm mea verba: qui quum maximam omniũ Græcorum obtineant potentiam, tum offenſiones noſtras obſeruantes, cum nauibus paucis adſunt, cúmq; legitimæ ſocietatis prætextu. innatũ ſibi *aduerſus Siculos omnes* odiũ, colore illo vtentes, ad vtilitatem ſuam accommodant. Nam ſi bellum ſuſcipiamus, & hos viros accerſierimus, qui etiam non accerſentibus bellum inferunt, vbi nos mutuò vexauerimus domeſticis ſumptibus, cũ profectu imperii iſtorum, credibile eſt eos aliquando cũ maiori claſſe vẽturos, ac noſtra omnia, vbi nos exhauſtos eſſe cognouerint, in ſuam poteſtatem redigere conaturos. Atqui, ſi ſapimus, ſatius eſt vnicuique aliena inuadendo quàm ea quæ poſſidet deſtruendo, ſocios accire, ac pericula ſuſcipere: exiſtimãtis ſeditiones maximè pernicioſas eſſe ciuitatibus, atque Siciliæ, quam nobis incolentibus vniuerſis tenduntur inſidiæ, dum noſtræ ciuitates alia cum alia contendunt. Quæ nos animaduertẽtes, debemus, priuatus cũ priuato, & ciuitas cum ciuitate redire in gratiam, ac communiter dare operam vt omnem Siciliam liberemus. Nec in mentem venire cuipiam oportet, noſtrates quidem Dores Athenienſibus eſſe inuiſos, Chalcidenſes autem propter ſonum cognationem tutos. Neque enim Athenienſes inferunt bellum gentibus noſtris partium odio, ſed fortunarum auiditate quas cuncti in Sicilia poſſidemus. id quod in partibus Chalcidenſium declararunt, ab illis acciti. Nam à quibus nunquam ex fœdere ſocietatis adiuti fuerant, iis ipſi libentius ius confœderationis præſtiterunt. Et Athenienſibus quidem hæc proſpicientibus ac perficere volentibus nimirum veniam do, nec eos qui imperium affectant, ſed eos qui proniores ſunt ad imperata facienda vitupero. Humani nanque ingenii natura comparatum eſt vt ſubmittenti ſe imperet, caueat ab inuadente. Quicunque autem, quum hæc perſpecta habeamus, non diligẽter prouidemus, neque ſinguli antiquiſſimum eſſe iudicamus, quémque rectè ſe gerere in *cauendo* eo quod *omnibus* communiter metũ affert, fallimur. Hoc metu, ſi inuicem conueniamus, quamprimum liberabimur. neque enim ex ſua nos terra Athenienſes inuadunt, ſed ex eorum à quibus acciti ſunt. Atque ita non bellum bello, ſed diſcordia pace ſedabitur, nullo negotio: & qui accerſiti venerunt ſpecioſo prætextu, inuiſſi iure optimo abibunt, infectare. Et quantum quidem ad Athenienſes

attinet, tanta vtilitas ex bono cōsilio, si illud inierimus, ad nos reditura comperitur. Pacem verò quam cuncti optimam esse confitentur, quonammodo non oporteat inter nos fieri? Nunquid existimatis, sicui boni quid adest, aut sicui cōtraria, nō potiorem ei quietē esse quàm bellū, tum ad liberandum vtrosque his *aduersis*, tum ad conseruandum illud *bonum*: pacémq; honores & dignitates magis tutas habere, atq; alia quæ quis oratione longa exequitur, quemadmodum econtrario de incommodis belli? Quæ vos considerantes debetis non verba mea pro nihilo habere, sed suæ potius quisq; saluti ex iis prouidere. Ac siquis vel suæ causæ æquitate, vel potentia sua fretus, certam de successu aliquo spē cōcepit, ne spe frustrante grauiter labatur, quū sciat plerisq; contigisse iā vt quū vel ad vlciscendas iniurias, vel solicitante spe, vtiq; freti aliqua potentia, ad ampliādas facultates tēdunt, neutri quod volebant effecerint, sed tantū abfuerit vt illi iniurias suas vlti sint, vt ne salui quidē euaserint: hi verò qui adhuc maiora quærebant, etiā eorū quæ habebant iacturā fecerint. Vltio enim, nō quia iniuria cuipiā fit, protinus iustā prosperitatē nāciscitur: neq; potētia res est certa, quòd bene de ea speretur: sed plerunq; futuri temeritas præualet: quæ quū sit omniū rerū periculosissima, tamē vtilissima videtur. Nā quū tātundē timoris vtrique adest, circūspectius alter alterū inuadimus. Ita nūc nos tū futuri, quod obscurum inexploratúmq; est, tū Athenienſiū, qui formidolosi iā adsunt, metu, quod supereſt existimemus, quæ quisq; nostrum se acturū arbitrabatur, ea prorsus hisce impedimētis prohibita esse, & hostē huic regioni imminentē remittamus. & ante omnia ipsi inter nos æternū fœdus ineamus. sin minus, certè in lōgissimū tēpus induciis factis, priuatas in aliud tempus discordias differamus: scientes in summa si mihi assensum sit, suā cuiq; futurā liberā ciuitatē, vnde habeamus arbitriū bene maléve agēti, pro merito ac iure vicē reddendi: sin assensum mihi non sit, sed alios audiamus, nō de vlciscēdo nobis aliquo res erit: sed si ad votū prosperè cedet, necessariò amici quidē iis qui maximè hostes sunt, aduersarii verò iis quibus nos esse nō cōuenit, efficiemur. Et ego (quemadmodū initio dixi) ex ea ciuitate quū sim quæ maxima est, & is qui bellū inferre potius quàm repellere velim, hortor vt in posterū ea prospicientes, pacē inter nos cōponamus, néve sic aduersarios mulctemus vt nos ipsos vehemētius lædamus: néve contētionis insania arbitremur dominos esse nos & proprii cōsilii, & (cuius nequaquam dominamur) fortunæ: sed quatenus par est aut nos aut alios iure superari, eatenus nobis per nos faciendū, nō ab hostibus patiendum. Neque enim turpe est Dorem aliquem à Dore, aut Chalcidenſem à suo gentili superari, quū omnes inuicem confines simus, & incolæ vnius terræ eiusdémq; insulæ, & idem sortiti nomē Siciliēses: qui quidē bellum geremus (vt opinor) quando conueniet, & rursus in mutuam redibimus gratiā, habito cōmuni colloquio. Alienigenas autē huc venientes, si sapimus, semper cōiuncti propulsabimus, quū etiā si aliquibus separatim vis afferatur, vniuersi periclitemur: nec socios vnquā posthac accersemus, neq; pacificatores. Quod facientes, Siciliam & impræsentiarum duobus bonis non fraudabimus, vt eam ab Athenienſibus inteſtinóq; bello liberemus, & in posterum per nos liberam, aliorúmque insidiis minus obnoxiam possidebimus.

BRASIDAE ORATIO.

ARGVMENTVM.

Acanthus erat vrbs Macedoniæ, Andriorū colonia, Atheniēsiū socia. Eā Lacedæmoni⁹ Brasidas ad societatē Lacedæmoniorū, vt & alias quascūq; posset, traducere volebat. Rē colloquio, priusquā vi, tētat, & in eorū cōcione hac vtitur oratione: qua suadet vt se Lacedæmoniis dedāt: hortatur nequid per cupiditatē aut pertinaciā faciāt. Argumēta eius sunt: libertatem illis afferri, & superbū dominatū Athenienſiū infringi: causam sibi esse æquissimā: vires ad eos vrgēdos, si adduci monendo nō possint, maximas. nihil nisi Græciæ & finitimarū ciuitatum libertatem quæri. Cui rei si obstare velle perseuerēt, denuntiat agri vastitatem: testatúrque illorum omnem culpam futuram.

Ἡ μὲν ἔκπεμψίς μου ὑπὸ τῆς στρατιᾶς ὑπὸ Λακεδαιμονίων, ὦ Ἀκάνθιοι, γεγένηται, πρὸ αἰτίαν ἐπαληθεύσασα ἣν ἀρχόμενοι τοῦ πολέμου ποιησάμενοι, Ἀθηναίοις, ἐλευθεροῦντες πρὸ Ἑλλάδα, πολεμήσομεν· εἰ δὲ χρόνῳ ἐπήλθομεν, σφαλέντες τῆς ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ πολέμου δόξης, ἢ δι' ἀπάχθειαν αὐτοὶ αὖθις τοῦ ὑμετέρου κινδύνου ἠλπίσαμεν Ἀθηναίοις καταστήσειν, μηδεὶς μεμφθῇ. πρῶτον γὰρ ὅτε παρέσχεν ἀφιγμένοι, καὶ μετὰ ὑμῶν πειρασόμενα καὶ πραξόμενα αὐτοῖς. θαυμάζω δὲ τῇ τε ἀποκλείσαι μου τὰς πύλας, καὶ εἰ μὴ ἀσμένοις ὑμῖν ἀφῖγμαι. ἡμεῖς μὲν γὰρ οἱ Λακεδαιμόνιοι, οἱόμενοί τε καλῶς ξυμμάχους, καὶ πρὸ ἔρωτος ἀφικέσθαι, τῇ γοῦν γνώμῃ ἤξειν, καὶ βουλομένοις

ἔσεσθαι, κίνδυνόν τε τοσόνδε αἰεὶ ῥίψαμεν, ὅτε τῆς ἀλλοτρίας πολλῶν ἡμερῶν ὁδὸν ἰόντες, καὶ πᾶν τὸ θεῖον παρεχόμενοι. ὑμεῖς δέ, εἴπ ἄλλο ὠνῷ ἔχετε, ἢ εἰ ἐναπώσασθε τῇ τε ὑμετέρᾳ αὐτῶν ἐλευθερίᾳ, καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, δεινὸν ἂν εἴη. καὶ γὰρ οὐ μόνον ὅπ αὐτοὶ αἰδεσθῆτε, ἀλλὰ καὶ οἷς ἂν ὄπιθω, ἥσσον τις ἐμοὶ θεσσῃ· καὶ διεχερεῖς ποιούμενοι, εἰ ὅπῃ οἷς θεσσον ἦλθον ὑμᾶς, καὶ πάλιν ἀξιοχρεων παρεχόμενοι, καὶ ξυέσπη δοκοῦντας ἔχειν, μὴ ἐδέξασθε. καὶ τῷ αἰτίαν οὐχ ἥξω πιθὴν ἀποδεικνύναι, ἀλλ' ἢ ἄδικον τῷ ἐλευθερίαν ὄπιφέρειν, ἢ ἀσθενὴς καὶ ἀδυνάτους ὠμωρῆσαι τὰ θεῖς Ἀθηναίοις, ἰῶ ὄπίωσιν, ἀφῖχθαι. καὶ τῇ γραπᾷ γε τῆσδ' ἰῶ νεῶ ἐγὼ ἔχω, ὅπῃ Νίσαιαν ἐμοῦ βοηθήσαντος, οὐκ ἠθέλησαν Ἀθηναῖοι πλέονες ὄντες θεσμίξαι. ὥστε ἐκ εἰκὸς νῦπτη γε αὐτοῖς τῶν Νισαίων ἀρατῶν ἴσον πλῆθος ἐφ' ὑμᾶς ἐπισεῖλαι. αὐτίς τε ἐκ ὅπῃ κακῷ, ἐπ' ἐλευθερώσῃ δὲ τὴν Ἑλλάδα παρελήλυθα· ὅρκοις τε Λακεδαιμονίων καταλαβὼν τὰ τέλη οἷς μείζοσι. ἢ μὲν οἷς αὖ ἔγωγε θεσσαλάζωμαι ξυμμάχοις, ἔσεσθαι αὐτονόμοις. καὶ ἅμα οὐχ ἵνα ξυμμάχοις ὑμᾶς ἔχωμεν, ἢ βίᾳ ἢ ἀπάτῃ θεσλαβόντες, ἀλλὰ ὑμῶν αὖ τῶν ὑμῖν δεδουλωμένους ὑπὸ Ἀθηναίων ξυμμαχήσοντες. δοκοῦμεν ἀξιῶ οὖν αὐτὸς ὑποπτεύεσθαι, πίστις τε δεδοῖς πᾶς μεγίστας, οὔτε πιωρὸς ἀδυνάτους νομισθῶμεν θεσχωρεῖν τι ὑμᾶς διαρπάσαντας. καὶ εἴπε ἰδίᾳ πᾳ δεδιὼς ὧδε μὴ ἐχῇ ποι θεσθῶ τῷ πόλει, ἀνεσθυμός ὄδι, πάντων μάλιστα πιστευσάτω. οὐ γὰρ συσασιάστων ἥκω, οὐδὲ ἀσαφῆ τῷ ἐλευθερίαν νομίζω ὄπιφέρειν, εἰ τὸ πάντειον παρεὶς, τὸ πλέον τοῖς ὀλίγοις, ἢ τὸ ἔλασσον τοῖς πᾶσι δουλώσαιμι. χαλεπωτέρα γὰρ ἂν τῆς ἀλλοφύλου ἀρχῆς εἴη, ἢ ἡμῖν τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐκ ἂν αὐτὰ πόνων χαίρεις καθίσαιτο, αὐτὰ ὧν ἡμῖς ἔ δόξης, αἰτία μᾶλλον. οἷς τε τοῖς Ἀθηναίοις ἐγκλήμασι καὶ πολεμοῦμεν, αὐτοὶ ἂν φανοίμεθα ἐχθίονα ἢ ὁ μὴ ὑποδείξας ἀρετῇ καὶ κτώμενοι. ἀπάτῃ γὰρ ἁρπεῖ ἄμεινον τοῖς γε ἐν ἀξιώματι πλεονεκτῆσαι ἢ βίᾳ ἐμφανεῖ. τὸ μὲν γὰρ, ἰσχύος δικαιώσῃ, ὧν ἡ τύχη ἔδωκεν, ἐπέρχεται· τὸ δὲ, γνώμης ἀδίκου ὀνειδοῦσι. οὕτω πολλῷ θεσσοῦσιν τῶν ἡμῖν ἐς τὰ μέγιστα διαφορῶν ποιούμεθα. καὶ οὐκ ἂν μείζω θεὸς τοῖς ὅρκοις βεβαίωσιν λάβοιτε, ἢ οἷς τὰ ἔργα ἐκ τῶν λόγων αὐαφρούμθα, δόκησιν αἰσχίονα παρέχεται ὡς καὶ ξυμφέρει ὁμοίως ὡς εἰπον. εἰ δὲ ἐμοῦ ταῦτα θεῖχομθου, ἀδυνάτοι μὲν φήσετε εἶ), δῦνοι δ' ὄντες, ἀξιώσετε μὴ κακουμθοι δουθῆναι, ἐ τῷ ἐλευθερίαν μὴ ἀκίνδυνον ὑμῖν φαίνεσθ' δίκαιόν τε εἶ) οἷς καὶ δοῦναι τὸν δέχεσθαι αὐτῷ, ὕστις καὶ ὄπιφέρειν, ἄκοντα δὲ μηδένα θεσαναλίσκειν· μάρτυρας μὲν θεοὺς καὶ ἥρωας τοὺς ἐγχωρίους πιήσομαι, ὡς ἐπ' ἀγαθῷ ἥκων οὐ πίθω, γνῶ δὲ τῷ ὑμετέραν δ' ἠῶν, πειράσομαι βιάζεσθαι· καὶ ἐκ ἀδικεῖν ἔα νομίζω, θεσεῖναι δέ μοι καὶ κτ' δύο αἰτίας τὸ βέλτιον· τῶν μὲν Λακεδαιμονίων, ὅπως μὴ τῷ ὑμετέρῳ δύνω, εἰ μὴ θεσαχθήσεσθε, τοῖς ἀπὸ ὑμῶν χρήμασι φερομένοις παρ' Ἀθηναίοις βλάπτωντας· οἱ δ' Ἕλληνες, ἵνα μὴ κωλύωνται ὑφ' ὑμῶν δουλείας ἀπαλλαττῶμαι. οὐ γὰρ δὴ εἰκότως γ' ἂν τάδε θεράσοιμθ. οὐδὲ ὀφείλομθ οἱ Λακεδαιμόνιοι μὴ κοινοῦ τινος ἀγαθοῦ αἰτίᾳ τοῖς μὴ βουλομένοις ἐλευθεροῦν. οὐδ' ἂν ἀρχῆς ἐφιέμεθα, πᾶσιν ὁμᾶλλον ἑτέροις ἀνυσδοντες, τοῖς πλείοις ἂν ἀδικοῖμθ, εἰ ξύμπασιν αὐτονομίαν ὄπιφέροντες, ὑμᾶς τοῖς ἐναντιουμθίοις πειεῖδομθ. θεὸς ταῦτα βουλεύεσθε δ' ἢ ἀγωνίσασθε τοῖς τε Ἕλλησιν ἀρξαι θεσθαι ἐλευθερίας, καὶ αἰδίου δόξαν καταθέσθαι· καὶ αὐτοὶ τά τ' ἴδια μὴ βλαφθῆναι, καὶ ξυμπάσῃ τῇ πόλει τὸ κάλλιστον ὄνομα θεῖθεῖναι.

EADEM LATINE, EX INTERPRETATIONE Laurentii Vallæ, ab Henrico Stephano nonnullis in locis recognita.

QVod ego atque exercitus, viri Acanthii, à Lacedæmoniis missi huc sumus, declarat veram esse causam quam bellum incipientes Athenienſibus prædiximus, nos bellum gesturos ob Græciam *Athenienſium* seruitute liberãdam. Si autem serò venimus, decepti videlicet spe ocyus debellandi Athenienses sine vestro periculo, nemo reprehendat: quum nunc, vbi tempus adfuit, venerimus, conaturi vobiscum illos euertere. Miror verò me portis excludi, & non libentibus vobis venire. Etenim nos Lacedæmonii, existimantes nos venturos esse ad eos qui, antequam ad ipsos reipsa peruenissemus, animo saltem socii essent, gratúmque vobis *aduentum noſtrum* fore: tantũ discrimen adiimus, quum alienam terram multorum dierum itinere peragrauimus, exhibito omni erga vos studio. Quòd si vos aliud in animo habetis, aut si vestræ ipsorum ac cæterorum Græcorum liberati obsistetis, hoc grauiter ferendum fuerit, non modò quia ipsi obsistitis, verumetiam quia minus se mihi dedent ad quoscunque accesserim: vt pote quibus hoc scrupulũ iniiciat, quòd vos ad quos primos accessi, qui & vrbem autoritate præditam allegatis,, & prudentes esse videmini, non receperitis. Neq; huius facti satis idoneam possum inire rationem, nisi quòd videor aut iniustam libertatem afferre, aut imbecillis atq; inualidus venire ad propulsandam Atheniẽsium vim, si inuaserint. Certè & dum ad Nisæam cum his quas nunc habeo copiis auxilio venissem, Athenienses, quũ plures essent, nõ sunt ausi cõfligere: vt credibile nõ sit eosdẽ huc esse missuros aduersus vos tantũ copiarũ quãtũ classiarii exercitus ad Nisæã miserũt. At qui ego non ad perniciẽ sed ad libertatem Græciæ aduenio, adactis ad maximũ iusiurãdũ summis Lacedæmoniorũ magistratibus, quoscũq; illis asciuero socios, suis vtiq; legibus esse victuros: neq; vt vos aut vi aut fraude adductos, socios habeamus, sed è cõtrario vt vobis in seruitutẽ Atheniẽsiũ redactis, socii in bello simus. Quapropter æquũ esse iudico

vt neque ſuſpectus ſim, quippe qui certiſſima vobis argumenta *eorũ quæ dico* afferam, neque is eſſe exiſtimer cui vires ad vlciſcendos *hoſtes Athenienſes* deſint: vtque vos audacter mihi dedatis. Quòd ſiquis priuatim ſibi ab aliquo metuẽs, *quia timet* ne ego ciuitatem aliquibus tradam, *ad ſe mihi dedendum* minimè promptus eſt, hac de re magis quàm de vlla alia ſit ſecurus. Non enim huc, in partes tranſiturus venio: nec verò me ſtabilem afferre libertatem putem, ſi patrium morem *veſtrum* miſſum faciens, plures paucioribus, aut pauciores vniuerſis ſeruire cogã. Nam odioſius fuerit hoc quàm externum imperium, & nobis Lacedæmoniis gratia laborum noſtrorum nõ deberetur, ſed pro honore & gloria potius accuſatio, quòd quib' criminibus inſectemur Athenienſes, ea ipſi habere videamur, magis inuiſa in nobis quàm in eo qui hanc virtutem non profitetur. Fraus enim *cum in omnibus fœda eſt, tum verò* in iis qui *maiori* dignitate ſũt præditi, fœdior eſt quàm aperta violentia. Nam violentia iure potentiæ, quam fortuna largita eſt, fraus autem inſidiis iniuſti propoſiti graſſatur. Ita nos multam in maximarum rerum momentis adhibemus circunſpectionem. Nec vos maiorem, præter iuſiurandum, cõfirmationẽ ſumere poſſitis, quàm vnde facta ipſa quæ ex verbis perſpicua reddantur, vos exiſtimare cogunt ita *hæc* è re veſtra eſſe vt dixi. Quòd ſi me vobis hæc proponente, tamen negabitis vos poſſe *obſequi*, & quum bene nobis velitis, poſtulabitis vt ſine vllo à nobis damno *nos* reiiciatis, quòd libertas vobis non ſine periculo fore videtur, iuſtúmque eſſe eam illis offerre qui poſſunt recipere, inuitum autem compellere neminem: deos teſtor & heroas indigenas, me bono veſtro venientem nihil verbis proficere: eóque experiar vaſtandis agris ad hoc vos compellere, exiſtimans non iam me iniuria vos afficere, ſed iure, & duabus neceſſariis rationibus id facere: vna, propter Lacedæmonios, ne ſi, eo quo nos proſequimini amore, ad vos nobis dedendos nõ adducemini, ex pecunia quam Athenienſibus penditis damnum patiantur Lacedæmonii: altera propter Græcos, ne per vos ſeruitute liberari prohibeantur. Neque enim meritò faceremus hoc: ac ne debemus quidẽ nos Lacedæmonii inuitos aſſerere in libertatem, niſi cauſa alicuius publici boni. Neque verò dominatum affectamus, ſed alios potius dominatu abdicare properantes, eſſemus iniurii in maiorem *Græcorum* partem, ſi vniuerſis libertatem inducentes, vos repugnantes toleraremus. De his bene cõſultetis, annitaminíque tum vt principes ſitis apud Græcos capeſſendæ libertatis, tum vt ſempiternam vobis gloriam pariatis, tum ne veſtra priuatorum bona detrimentum accipiant, tum vt vniuerſæ ciuitati honeſtiſſimum nomen imponatis.

ORATIO PAGONDAE.

ARGVMENTVM.

Athenienſes Delium Bœotiæ templum muro cinxerant, relictóque præſidio verſus Athenas abibant, & iam Atticæ fines attigerant. Bœoti fanum & Bœotiam omnem liberaturi, magnam manum coegerant. Abeuntes inſequi pleriſque non placebat: vnus ex ducibus Pagondas Thebanus, quum id temporis ſummam rerum teneret, centuriatim euocatos & ſuos & ſocios docuit hac oratione, eſſe cum hoſte vbiuis locorum, quum id commodè fieri poſſit, dimicandum. Neque enim vbi ſint, ſed qui ſint, quid fecerint, quid moliantur, quid ab eis expectandum ſit, conſiderari oportere. Hoc ita expedire vſu & maiorum exemplis confirmat.

Χρὴν μέν, ὦ ἄνδρες Βοιωτοί, μηδ' εἰς ὁπλίσεως τινα ἥκειν ἐλθεῖν τοὺς ἄρχοντας, ὡς ὀκνοῦντας ἀμύνασθαι, ὧν ἐπὶ τῇ Βοιωτίᾳ ἐπὶ καταλάβωσιν αὐτοὺς, δῃώσοντας ἐλθεῖν. τὸ δὲ Βοιωτίαν, ὁπόταν τῆς ὁμόρου ἐλθόντες, τεῖχος οἰκοδομησάμενοι, μέλλωσι φθείρειν. ἢ εἰσὶ δήπου πολέμιοι, οὗ ἂν τε αὖ χωρίῳ καταληφθῶσι, καὶ ὅθεν ἐπελθόντες πολέμια ἔδρασαν. νῦν δ' εἴτω καὶ ἀσφαλέστερον ἔδοξεν εἶναι), μεταγνωτέον. οὐ γὰρ τὸ σωφρονεῖν οἷς ἂν ἄλλος ὁπῃοῦν, τοῦτο τῆς σφετέρας ὁμοίως ἀνέχεται λογισμόν, καὶ ὃς, πρὶν παθεῖν τι, ἐπαμύνεται. πλεῖόν τε ὑμῖν, σφῶν ἀλλόφυλον ἐπελθόντα, καὶ ἐν τῇ οἰκείᾳ καὶ ἐν τῇ ἀφ' ἑτέρας ὁμοίως ἀμύνεσθαι. Ἀθηναίοις δέ, καὶ σωφρονεῖν ὁμόροις ὄντας, πολλῷ μᾶλλον δεῖ. σωφρονεῖν τε γὰρ τοῖς ἀσυγχύτοις πᾶσι τὸ αὐτὸ παλαιὸν καὶ ἐλεύθερον καὶ ἥσυχον. καὶ σωφρονοῦσι γε δή, οἳ ἂν μὴ τοῖς ἐγγὺς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄνωθεν πειρῶνται δουλοῦσθαι, πῶς οὐ χρὴ τὸ ὅπῃ τι ἔτι ἔργον ἐλθεῖν; ὥσθ' ἁδεῖσμα ἂν ἔχοιμι τοῖς τε αὐτόθεν Εὐβοέας, καὶ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος τὸ πολύ, ὡς αὐτοῖς δῃώσιμον. καὶ γνῶναι ὅτι τοῖς μὲν ἄλλοις οἱ πλησιόχωροι σφίσι τῆς ὁρμῆς τὰς μάχας ποιοῦνται· ἡμῖν δὲ ἐς πᾶσαν, ὧν νικηθῶμεν, ἐς ὅρος ὃν οὐ πλέκτος παγήσεται. εἰσελθόντες γὰρ, βίᾳ τὰ ἡμέτερα ἕξουσι. τοσοῦτῳ ὁπλιτικώτεραν ἑτέρων πλὴν παροίκων σφῶν δὲ ἔχομεν. εἰώθασί τε οἱ ἰσχύοντες πρὸς ἀφάσσειν τοῖς πέλας (ὡς καὶ Ἀθηναῖοι νῦν) ὁπόταν, τὸν μὲν ἡσυχάζοντα, καὶ ἐν τῇ ἑαυτοῦ μόνον ἀμυνόμενον, ἀδεέστερον ὁπλισάσθαι· τὸν δὲ ἔξω ὁρῶν πρὸ ἁπάντων τὸ καιρὸς ἦν πολέμου ἄρχοντα, ἧσσον ἐπίμως κατέχειν. πεῖραν δὲ ἔχομεν

ἡμεῖς αὖ πρὸ ἐς τοῦδε, νικήσαντες δὲ ὧν Κορωνείᾳ αὖτοις, ὅτε περ ἡμῖν, ἡμᾶς σωσαζόντων, κατέχον, πολλῷ ἄδειαν ἂν τῇ Βοιωτίᾳ μᾶλλον τῶδε καταστήσαμεν. ὧν χρὴ μνησθέντας ἡμᾶς, τοῖς τε πρεσβυτέροις ὁμοιωθῆναι τοῖς πρὶν ἔργοις· τοῖς τε νεωτέροις, πατέρων τοιῶνδε γεγονέναι· καὶ μὴ αἰσχῦναι τὰς παρούσας δόξας, πεῖσαντας μὲν τὰς προσηκούσας ὠφελίας· πιστεύσαντας δὲ τῷ θεῷ πρὸς ἡμᾶς ἔσεσθαι, οὗ τὸ ἱερὸν ἀνόμως τειχίσαντες νέμονται, καὶ τοῖς ἱεροῖς ἀφ' ἡμῶν θυσαιμένοις καλὰ φαίνεται, ὁμόσε χωρῆσαι τοῖς δεξαμένοις ὅπου ὧν μὴ ἐφίενται, πρὸς τοὺς μὴ ἀμυνομένους ὕπτιον κεκλῶσαι· οἷς δὲ ἡμύναμεν τῷ τε αὐτῷ ἀεὶ ἐλευθερωτῶ μάχῃ, καὶ τῷ ἄλλων μὴ δουλοῦσθαι ἀδίκως, ἀπαμυνοῦσι ἀπ' αὐτῶν οὐκ ἀπίασιν.

EADEM LATINE EX INTERPRETATIONE Laurentii Vallæ, ab Henrico Stephano aliquot in locis recognita.

PAR erat, viri Bœoti, ne in mentem quidem cuiquam vestrum venire, qui magistratus estis, non esse consentaneum vt cum Athenienſibus, niſi eos in Bœotia aſſequuti, prælium ineamus. Nam quũ in Bœotia munitiones extruxerint, & eã è finitimis locis profecti ſint afflicturi, nimirum pro hoſtibus habendi ſunt, & quocunque in loco deprehendantur, & vndecunque venientes geſſerunt hoſtilia. Et nunc, ſicui *non pugnare* tutius videbatur, is mutet ſententiam. Neque enim tam circunſpectè & cautè agendum eſt iis qui ab alio inuaduntur, quàm iis qui quum ſua ipſorum poſſideant, plura concupiſcentes, vltro aliena inuadunt. Et vobis certè cum patrium eſt, inuadentem vos peregrinum hoſtem, & domi & procul à domo, tum verò cõuenit multo magis Athenienſes, & quidem finitimos, propulſare. Nam ita demum cuiuſque ciuitatis libertas paratur, ſi in reſiſtendo vicinis par ſit. Quòd ſi iſti non modò vicinos, ſed etiam longè poſitos conantur in ſeruitutem redigere, quo tandem pacto non ad vltimum debeamus venire certaminis aduerſus eos: (habemus autem exemplum eregione poſitos trans fretum Eubœos, & cæteræ Græciæ plurimum, quomodo his ſubiectũ ſit) & intelligere cæteros vicinos de finibus dimicare: at ſi nos vincamur, fore vt vnus in vniuerſam *regionem* terminus ſtatuatur, de quo minimè diſceptandum ſit. Vbi enim *eam* ingreſſi fuerint, rebus noſtris vi potientur, eóque periculoſiores nobis ſunt iſti quàm alii accolæ. Et ſanè conſueuerunt qui viribus freti (vt nunc Athenienſes) vicinis arma inferunt, aduerſus quietum, & in ſua ſe tantummodo terra defendentẽ, promptius id facere: at ei qui extra fines occurrat, &, ſi occaſio fuerit, bellum incipiat, animo minus prompto coercere. Cuius rei ex iſtis documẽta habemus. Nam quum eos terrá noſtram ſeditione laborantem tenẽtes, ad Coroneam viciſſemus, ſecuram admodum ad hoc vſque tempus Bœotiam præſtitimus. Quorum nos memores debemus anniti, qui maiores quidem natu ſumus, vt noſtri ſimiles ſimus: qui verò iuniores, egregiis illis orti parentibus, ne domeſticas laudes dedecoremus: confidentéſque deo, ipſum à nobis futurum, cuius fanum iſti nefariè muro ſeptum incolunt, necnõ ſacrificiis, quæ nobis immolantibus pulchra ſe oſtendunt, aduerſus hos tendere, ac demonſtrare eis, ſe quæ concupiſcunt, nullis defendentibus aggreſſos obtinere oportere: ſed ab iis quibus patriæ generoſitatis eſt & ſuam regionem ſemper pugnando liberare, nec alienam iniuſtè in ſeruitutem redigere, ſine certamine non diſceſſuros.

HIPPOCRATIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Inſtructa vtrinque acie erant commiſſuri prælium Athenienſes & Bœoti. Athenienſibus præerat Hippocrates. Is antequam bellicum caneretur, cohortatione ſuos conatus eſt animare. Fecit hac oratione: qua, commemoratione patriæ & virtutis maiorum, propoſitóque præmio victoriæ, militum animos incendit.

Ὦ Ἀθηναῖοι, δι' ὀλίγου μὲν ἡ παραίνεσις γίγνεται, τὸ ἴσον δὲ πρὸς τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας δύναται, καὶ ἐπόμνησιν μᾶλλον ἔχει ἢ ὑπομέλησιν. ᾧδε γὰρ ἂν μηδενὶ ὑμῶν ὡς ἐν τῇ ἀλλοτρίᾳ οὐ πρόσηκον τοῦδε κίνδυνον ἀναρριπτοῦμεν. ἐν γὰρ τῇ τούτων, ἐκεῖ τῆς ὑμετέρας ὁ ἀγὼν ἔσται· ἐγὼ νικήσωμεν, οὐ μή ποτε ὑμῖν Πελοποννήσιοι ἐς τὴν χώραν αὖθις τῆσδε ἵππου ἐσβάλωσιν. ἐν δὲ μιᾷ μάχῃ τῷδε τε προσκτᾶσθε, καὶ ἐκείνῳ μᾶλλον ἐλευθεροῦτε. χωρήσατε οὖν ἀξίως ἐς αὐτοὺς τῆς τε πόλεως, ἣν ἕκαστος πατρίδα ἔχων προτίμα ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἀγάλλεται, καὶ τῶν πατέρων, οἳ τοισδε μάχῃ κρατοῦντες μετὰ Μυρωνίδου ἐν Οἰνοφύτοις, τὴν Βοιωτίαν ποτὲ ἔσχον.

EADEM LATINE EX INTERPRETATIONE Laurentii Vallæ.

BReuis quidem, Athenienſes, exhortatio fit apud præſtantes viros, ſed tantundem præſtat, magis in memoriam redigens quàm iubens. Nemini autem noſtrum in mentem veniat, nos contrà quàm par ſit, aliena in terra in tantum periculũ ruere. Nam in horum terra certamen erit pro noſtra: in qua ſi vicerimus, nunquã inuadent Peloponnenſes, iſtorum equitatu carentes. Vno autem prælio cum iſtam acquiritis, tum vel magis illam liberatis. Pergite igitur in eos, vti dignum eſt & patria, (quam vnuſquiſque veſtrum inter Græcas principem habere ſe gloriatur) & veſtris maioribus, qui duce Myronida, iſtis apud OEnophyta ſuperatis, Bœotiam aliquando tenuerunt.

LACEDAEMONIORVM ORATIO.

ARGVMENTVM.

Non eſt quidem diſertè à Thucydide dictum, per legatos fuiſſe hæc tranſacta cum Athenienſibus: ſed tamen non abeſt à vero, legatis potius quàm literis hæc fuiſſe commiſſa: quia ſi coràm agerẽt, facilius rem poſſent conficere. Legationis autem illius hæc cauſa fuit. Athenienſes bello defatigati, vltro appellarũt Lacedæmonios de induciis paciſcendis. Placuit Lacedæmoniis vt earum formula Athenienſibus ederetur. Id faciunt hac oratione legati: conditiones enim exponunt, & ad quos eæ pertinerent, & quo iure omnes eos eſſe velint ad quos pertinent, oſtendunt.

ΠΕρὶ μὲν τοῦ ἱεροῦ καὶ τοῦ μαντείου τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Γυθέου δοκεῖ ἡμῖν, χρῆσθαι τὸν βουλόμενον ἀδόλως καὶ ἀδεῶς κατὰ τοὺς πατρίους νόμους. τοῖς μὲν Λακεδαιμονίοις ταῦτα δοκεῖ, καὶ τοῖς ξυμμάχοις τοῖς παροῦσι. Βοιωτοὶ δὲ καὶ Φωκέας πείσειν φασὶν ἐς δύναμιν ταῦτα ποιήσειν. ἐπὶ δὲ τοῖς χρήμασι τοῖς τοῦ θεοῦ ὅπως μηδεὶς ἐπιμελήσεται ὅπως τοῖς ἀδικουμένοις ἐξαρκέσουσιν, ὁρῶμεν καὶ δικαίως τοῖς πατρίοις νόμοις χρώμενοι καὶ ὑμεῖς καὶ ἡμεῖς, καὶ τοῖς ἄλλων οἱ βουλόμενοι, τοῖς πατρίοις νόμοις χρώμενοι πάντες. περὶ μὲν οὖν τούτων ἔδοξε Λακεδαιμονίοις καὶ τοῖς ἄλλοις ξυμμάχοις, ἐὰν σπονδὰς ποιῶνται οἱ Ἀθηναῖοι, ὅπῃ τὰ αὐτοῖς μὴ δοκεῖ ἑκατέροις, ἔχοντας ἄμφω νοῦν ἔχειν. τοῖς μὲν ἐν τῇ Κορυφασίῳ, ἐντὸς τῆς Βεφρικίδος καὶ τῆς Τομέως μένουσι· τοῖς δὲ ἐν Κυθήροις, μὴ ἐπιμισγομένοις ἐς τὴν ξυμμαχίαν, μήτε ἡμᾶς ἐκείνοις αὖτις, μήτε αὖτις ἐκείνους ἡμᾶς. τοῖς δὲ ἐν Νισαίᾳ καὶ Μινῴᾳ, μὴ ἐπιβαίνοντας τῇ ὁδὸν τὴν ἀπὸ τῶν Πυλῶν τῶν ἀπὸ τοῦ Νίσου ὅπῃ τὸ Ποσειδώνιον. ἀπὸ δὲ τοῦ Ποσειδωνίου, ἀδύς ὅπῃ τὴν χέρσον τὴν ἐς Μίνωαν· μηδὲ Μεγαρέας κακῶς ποιεῖν τοῖς ξυμμάχοις ἐπιβαίνειν τὴν ὁδὸν τὴν διὰ τῆς, καὶ τὴν νῆσον ἣν ἔλαβον οἱ Ἀθηναῖοι ἔχοντας, μήτε ὅπλα μισθοφορικὰ μηδετέροις μηδετέρους· καὶ ἐὰν Τροιζῆνι ὅτι ἐπιφέρωσιν ἔχοισι, καὶ οἷα ξυνέθεντο τοῖς Ἀθηναίοις· καὶ τὴν θαλάσσαν χρωμένους, ὅσα αὐτὴν καὶ τὴν ἑαυτῶν καὶ καὶ τὴν ξυμμαχίαν. Λακεδαιμονίοις καὶ τοῖς ξυμμάχοις πλεῖν μὴ μακρᾷ νηΐ, ἄλλῳ δὲ κωπήρει πλοίῳ, ἐς πεντακόσια τάλαντα ἄγοντι μέτρα. κήρυκι δὲ, καὶ πρεσβείᾳ καὶ ἀκολούθοις ὁπόσοις ἂν δοκῇ πρὸς καταλύσεως τοῦ πολέμου, καὶ δικῶν, ἐς Πελοπόννησον καὶ Ἀθήνας ἐπὶ σπονδὰς ἐὰν ἰοῦσι καὶ ἀποῦσι, καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν. τοῖς δὲ αὐτομόλοις μὴ δέχεσθαι ἐν οὐδετέρῳ τῷ χρόνῳ, μήτε ἐλεύθερον, μήτε δοῦλον, μήτε ὑμᾶς, μήτε ἡμᾶς. δίκας τε δίδόναι ὑμᾶς τε ἡμῖν, καὶ ἡμᾶς ὑμῖν κατὰ τὰ πάτρια, τὰ ἀμφίλογα δίκῃ διαλύοντας ἄνευ πολέμου. τοῖς μὲν Λακεδαιμονίοις καὶ τοῖς ξυμμάχοις ταῦτα δοκεῖ· εἰ δέ τι ὑμῖν εἴτε καλλιόνερον εἴτε δικαιότερον ταύτων δοκεῖ ἔτι, ἰόντες ἐς Λακεδαίμονα διδάσκετε. οὐδενὸς γὰρ ἀπιστήσοντες ὅσα ἂν δίκαια λέγητε, οὔτε οἱ Λακεδαιμόνιοι, οὔτε οἱ ξύμμαχοι. οἱ μὲν ἰόντες, τέλος ἔχοντες ἰόντων· ἔστω δὲ καὶ ὑμεῖς ἡμᾶς κελεύετε· αἱ δὲ σπονδαὶ ἐνιαυτὸν ἔσονται. ἔδοξε τῇ βουλῇ. Ἀκάμαντις ἐπρυτάνευε, Φαίνιππος ἐγραμμάτευε, Νικιάδης ἐπεστάτει. Λάχης εἶπε, Τύχῃ ἀγαθῇ τῇ Ἀθηναίων, πολεμεῖσθαι πρὸς ἐκείνους, καθὰ ξυγχωροῦσι Λακεδαιμόνιοι, καὶ οἱ ξύμμαχοι αὐτῶν· καὶ ὡμολόγησαν ἐν τῇ βουλῇ πρὸς ἐκείνους εἶναι. ἐχρῆν δὲ πρὸς δέκα πρεσβείας πέμπεσθαι ἐς Λακεδαίμονα διὰ δέκα τὸ ἐλαφηβολιῶνος μηνός. ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἰόντας ὡς ἀλλήλους πρέσβεις καὶ κήρυκας, πολεμεῖσθαι τοῖς λόγοις καθ' ἕξαμηνιαίαν κατάλυσιν τοῦ πολέμου. ἐκκλησίαν δὲ ποιησάντων τοῖς στρατηγοῖς καὶ τοῖς πρυτάνεσι, περὶ τῶν εἰρήνης βουλεύσασθαι Ἀθηναίους, καθότι ἂν εἰσὶν αἱ πρεσβεῖαι περὶ τῆς καταλύσεως τοῦ πολέμου. εἰσελθόντας δὲ αὐτίκα μάλα τοὺς πρεσβεύσας ἐν τῇ βουλῇ τοὺς παρούσας, ἢ μὴ ἐμβαλεῖν ἐν τοῖς σπονδαῖς τὸν ἐνιαυτόν.

EADEM LATINE, EX INTERPRETATIONE Laurentii Vallæ, ab Henr. Stephano nonnullis in locis recognita.

QVod ad templum atque oraculum Apollinis Pythii attinet, placet nobis vt qui velint, nullo dolo nullóque metu conſulant, ad patrium quiſque ritum. Lacedæmonii probauerũt hæc, eorúmq; qui aderant ſocii, atq; dixerunt ſe Bœotis hoc atque Phocenſibus quoad poſſent, miſſo caduceatore perſuaſuros. Quod ad pecu-

niam Dei attinet, curæ fore vt fontes comperiamus patriis ritibus vtentes vtrique & ex aliis quicunque voluerint, patriis *itidem* ritibus vtentes omnes. De his igitur placuit Lacedæmoniis & eorum ſociis (ſi modò fœdera fiant cum Athenienſibus) vtroſque in ſua terra manere, contentos iis quæ habemus: Lacedæmonios quidem in Coryphaſio intra Buphradem & Tomæum manentes, Athenienſes autem in Cytheris: ac neque nos cum ipſis, neque ipſos nobiſcum ſocietate miſceri. Eos autem qui in Niſæa eſſent, & in Minoa, non tranſire iter quod eſt à Pylis præter Niſum ad Neptuni delubrum: ab ipſo autem delubro ſtatim ad pontem Minoam verſus. Megarenſes quoque ac ſocios non tranſcēdere viam hanc, & inſulam habentes quam Athenienſes ceperūt: neutróſque cum alteris vltro citróque commercium habere. Item illis vti licere quæcūque nunc in Trœzene habent, & de quibuſcunque cum Athenienſibus conuenerit: necnon vti mari, quocunque placuerit vel ad ſua ipſorum, vel ad ſociorum ire. Item Lacedæmoniis licere & ſociis nauigare naui non longa, ſed alio nauigio quod remis agatur: ſitque pondo vecturæ quingentorum talentorum. Item caduceatori atque legatis, comitibúſque quotcunque ſibi placuerit, diſſoluendi belli gratia & controuerſiarum in Peloponneſum Athenáſve euntibus, ac redeuntibus, terra marique fœdera eſſe. Tranſfugas interea non recipi, liberum ſeruúmve, neque à vobis, neque à nobis. Item vos cauſam dicere nobis deferentibus, & nos vobis, ſecundum inſtituta maiorum, controuerſias iure dirimentes citra bellum. Lacedæmoniis hæc ac ſociis placita ſunt. Quòd ſi quid aut honeſtius his aut iuſtius eſſe vobis videtur, euntes in Lacedæmona docete. nihil enim quod, modò iuſtum, dixeritis, abnuent vel Lacedæmonii, vel ſocii. Qui autem ibunt, iis autoritas detur *ad ineundum nobiſcum fœdus*, ſicut & vos nos iubetis. Fœdera hæc ad annum erunt. *Ita* placuit populo. Acamantis magiſtratum prytaneum gerebat, Phænippus ſcriba erat, Niciades præerat. Laches pronūtiauit, Quod faſtum Athenienſibus ſit, inducias fieri, prout conceſſerunt Lacedæmonii eorúmque ſocii: & ſpoponderunt in populo inducias eſſe annuas, quæ hodierno die incipiant, quartodecimo Elaphebolionis (*id eſt Decembris*) méſis. Hoc interim tempore vtrorumque legatos atque caduceatores inuicem adeuntes, tractare qua ratione bellum diſſoluatur. Concionem autem aduocantibus imperatoribus ac prætoribus, primùm de pace conſultare Athenienſes, quónam modo adeat legatio de bello diſſoluendo: & perquam ſubitò legatos qui aderunt ſpondere apud populum, ſe fœderibus ſtaturos ad annum vertentem.

BRASIDAE ORATIO.

ARGVMENTVM.

Expeditio fuerat ſuſcepta aduerſus Lynceſtas à Braſida Lacedæmonio & Perdicca Macedonum rege: quibus erant præterea auxilio venturi Illyrii. Sed ii fidem repentè fefellerunt, & Lynceſtarum partes ſunt ſequuti. Hoc nuntio perculſi, Macedones, ſe in fugam coniecerunt. Deſerti Lacedæmonii à ſociis non mediocriter pertimuerunt, quòd bellicoſa gens Illyriorum credebatur. Confirmare eos Braſidas hac oratione nititur: opponit enim barbarorum inani fiduciæ, temeritati, imperitiæ, virtutem Lacedæmoniorum, propriam illius gentis, ac diſciplinam vſumque rei militaris.

Εἰ μὲν μὴ ὑπώπτευον, ἄνδρες Πελοποννήσιοι, ὑμᾶς πω τε μεμονωδῶς, καὶ ὅτι βάρβαροι οἱ ἐπιόντες, καὶ πολλοί, ἐκπλῆξιν ἔχειν, ὃν αὖ ὁμοίως διδαχὴ ἅμα τῇ θράσει λύσει ἐπιούσῃ· νῦν δ' ἐς μὲν τὸ ἀπολωλὸς πω ἡμετέρων, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἀναπίων, βεβαίως ἔστομμένα τε καὶ παραινέσαι τὰ μέγιστα πεισόμενοι πείθειν. ἀγαθοῖς γὰρ εἶναι ὑμῖν προσήκει τὰ πολέμια, οὐ δι' ξυμμαχῶν παρουσίαν ἑκάστοτε, ἀλλὰ δι' οἰκείαν ἀρετήν, ᾧ μηδὲν πλῆθος προφέρειν ἄλλων ἑτέρων· οἵῳ μηδὲ ὑπὸ πολιτειῶν πιστῶν ἥκετε ἐν αἷς ὁ πολλοὶ ὀλίγων ἄρχουσιν, ἀλλὰ πλειόνων μᾶλλον ἐλάσσους. οὐκ ἄλλῳ τινὶ κτησάμενοι τὴν δυναστείαν, ἢ τῷ μαχόμενοι κρατεῖν. βαρβάρους δὲ οὓς νῦν ἀπειρίᾳ δέδιττε, μαθεῖν χρὴ, ἐξ ὧν τε σωζόμεθα πρὸς Μακεδόσιν αὐτῶν, καὶ ἀφ' ὧν ἐγὼ εἰκάζω τε, καὶ ἄλλων ἀκοῇ ὑπίσταμαι, οὐ δεινοὺς ἐσομένους. καὶ γὰρ ὅσα μὲν τῷ ὄντι ἀσθενῆ ὄντα τῶν πολεμίων, δόκησιν ἔχειν ἰσχύος, διδαχὴ ἀληθὴς προσγιγνομένη ἀεὶ αὐτῶν, ἐθάρσυνε μᾶλλον τοὺς ἀμυνομένους· οἷς δὲ βεβαίως τι προσῆν ἀγαθὸν, μὴ προσειδώς τις αὐτοὺς πολεμιώτερον προσφέροιτο. οὕτω δὲ τῷ μέλλησιν ἐμὲ ἔχοντας τοῖς ἀπείροις φοβεραὶ· καὶ γὰρ πλήθει ὄψεως δεινοί, καὶ βοῆς μεγέθει ἀφόρητοι, ἢ τε διάκενὴς ἐπανάστασις τῶν ὅπλων ἔχει τινὰ δήλωσιν ἀπειλῆς προσμίξαι δὲ τοῖς ὑποδυομένοις αὐτὰ, οὐχ ὁμοίως οὔτε γνῶναι ἔχοντες, αἰσχυνθεῖεν ἂν λιπεῖν τινα χώραν βιαζόμενοι, ἥ τε φυγὴ ἧσσον ἡ ἔφοδος αὐτῶν, ἴσην ἔχουσα δόξαν τῷ καλῷ, αἰεξελεῖσθαι καὶ τὸ αἰδρεῖον ἔχει. αὐτοκράτωρ δὲ μάχη μᾶλιστ' ἂν καὶ προφανῶς τῷ σώζεσθαι τινὶ πρεπόντως πεισθείς, τῷ τε εἰς χεῖρας ἐλθεῖν πιστότερον τὸ ἀκροβολίσασθαι ὑμᾶς

ἀκινδύνως ἡγοῦνται). ἐκείνων γὰρ αὖ περὶ τούτου ἐχρῶντο. σαφῶς τε πᾶν τὸ προϋπάρχον δεινὸν ἀπ' αὐτῶν, ὁρᾶτε, ἔργῳ μὲν βραχὺ ὄν, ὄψει δὲ καὶ ἀκοῇ κατασπέρχον. ὃ ὑπομείναντες ἐπιφερόμενον, καὶ, ὅταν καιρὸς ᾖ, κόσμῳ καὶ τάξει αὖθις ὑπαγαγόντες, ἔς τε τὸ ἀσφαλὲς θᾶσσον ἀφίξεσθε, καὶ γνώσεσθε τὸ λοιπὸν ὅτι οἱ τοιοῦτοι ὄχλοι τοῖς μὲν τὴν ἔφοδον δεξαμένοις, ἄπωθεν ἀπειλαῖς τὸ ἀνδρεῖον μελλήσει ἐπικομποῦσιν· οἳ δ' ἂν εἴξωσιν αὐτοῖς, κατὰ πόδας τὸ εὔψυχον ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ὀξεῖς ἐνδείκνυνται.

EADEM LATINE, EX INTERPRETAtione Laurentii Vallæ, ab Henrico Stephano nonnullis in locis recognita.

Nisi ego suspicarer, viri Peloponnenses, terrore vos esse perculsos, quòd derelictus sim, quódque barbari & ii permulti in nos tendant, non ita vos hortarer pariter ac docerem. Nunc quod ad desertionem nostrorum, & ad hostium multitudinem attinet, vobis quæ maxima sunt breui admonitione & hortatione persuadere conabor. Conuenit enim vobis in bellicis rebus strenuos esse non propter præsentiam sociorum semper, sed virtutis propriæ causa: neque aliorum multitudine terreri, quippe qui nō ex eiusmodi rebuspublicis venitis in quibus præsunt paucis multi, sed potius pluribus pauciores, nullo alio adepti potentiam quàm vincendo in prælìis. Barbaros autem (quos nunc inexperti formidatis) scire debetis & ex illis contra quos pro Macedonibus pugnauistis, & ex iis quæ ego partim cōiectura, partim fama intelligo, nō pertimescendos fore. Quæcunque enim reuera sunt imbecillia, sed putantur valida, quum de ipsis documētum veritatis accesserit, audaciores aduersarios reddunt: quibus autem aliqua fortitudo reuera inest, siquis id non præuiderit, hic in eos ferocior fertur. At isti, dum quidem prælium inire parant, terrori sunt iis qui eos minimè experti sunt: vtpote aspectu multitudinis horrendi, & vociferationis magnitudine terribiles. & inanis illa armorum concussio aliquas præ se fert minas: sed iidem in conserendis manibus aduersus eos qui ista sustinent, non tales existunt. Neque enim pudet eos, *quemadmodum nos Lacedæmonios*, quum ordinem nullum habeant, locum deserere dum vrgentur. Ac quum non minus honestum sit *apud eos* fugere, quàm hostem adoriri, nullum fortitudinis habetur examen. Ac certè in pugna in qua se quisque pro suo arbitrio gerit, maxima cuiuis occasio est seruato decoro saluti suæ consulere. Quòd si non existimarent se maiore cum fiducia posse nos terrefacere citra suum periculum, quàm nobiscum cōgredi, hoc certè iam antea fecissent. Denique quicquid horrendum hactenus præ se tulerūt, videtis re ipsa leue esse, ac *tantùm* oculis & auribus terrorem incutere. Eos, quum infesti venient, vos sustinentes, &, quum tempus erit, cum decore & ordine rursus vos subducentes, in tutum properè abibitis, cogn ituri in reliquum tempus, huiusmodi turbas, iis qui primum impetum exceperint, ostētare robur, minabundas eminus ac cunctabundas: contrà, si eis cedatur, in terga ruentes strenuitatem in tuto demonstrare.

Ex libro quinto historiarum Thucydidis.

BRASIDAE ORATIO.

ARGVMENTVM.

Brasidas commissurus cum Atheniensibus prælium, suis animos augere hac cohortatione voluit. Ea partes habet duas. priore, consilii sui, & certaminis ad quod eos ducebat, rationem exponit: velle incautos adoriri, & diuiso agmine terrere: altera parte eos animare ad strenuè pugnandum conatur. Proponit suis ciuibus gloriam communis patriæ, sociis spem libertatis, metum suæ & Græcorum seruitutis, omnibus præmium victoriæ. Ipse verò fidentem animum præ se fert, spei & consilii plenum.

Ἄνδρες Πελοποννήσιοι, ἀπὸ μὲν οἵας χώρας ἥκομεν, ὅτι αἰεὶ διὰ τὸ εὔψυχον ἐλευθέρας, καὶ ὅτι Δωριῆς μέλλετε Ἴωσι μάχεσθαι, ὧν εἰώθατε κρείσσους εἶναι, ἀρκείτω βραχέως δεδηλωμένον. τὴν δὲ ἐπιχείρησιν ὅτῳ τρόπῳ διανοοῦμαι ποιεῖσθαι, διδάξω, ἵνα μὴ τό, τε κατ' ὀλίγον καὶ μὴ ἅπαντας κινδυνεύειν, ἐνδεὲς φαινόμενον, ἀτολμίαν παράσχῃ. τοὺς γὰρ ἐναντίους εἰκάζω καταφρονήσει τε ἡμῶν, καὶ οὐκ ἂν ἐλπίσαντας ὡς ἂν ἐπεξέλθοι τις αὐτοῖς ἐς μάχην, ἀναβῆναί τε πρὸς τὸ χωρίον, καὶ νῦν ἀτάκτως κατὰ θέαν τετραμμένους ὀλιγωρεῖν. ὅστις δὲ τὰς τοιαύτας ἁμαρτίας τῶν

ναντίων κάλλιστα ἰδὼν, καὶ ἅμα πρὸς τὴν ἑαυτῶν δύναμιν τὴν ὁπλιτικὴν πιστεύσας, μὴ ἀπὸ τῶν παρόντων μᾶλλον καὶ αὐτοσχεδιαζόντων, ἢ ἐκ τῶν πρὸς τὸ παρὸν ξυμφέροντος, πλεῖς αὖ ὀρθοῖτο. καὶ τὰ κλέμματα ταῦτα καλλίστην δίξαν ἔχῃ, ἀ τὸν πολέμιον μάλιστ' ἄν τις ἀπατήσας, τοὺς φίλους μέγιστ' ἂν ὠφελήσειεν. ἕως οὖν ἔτι ἀπροσκόπους θαρσοῦσι, καὶ τῶν ἱστασπίτας πλέον ἢ τῶν μόνιμος, ἐξ ὧν ἐμοὶ φαίνονται, τὴν δίανοιαν ἔχοισιν, ἐν τῷ ἀνειμένῳ αὐτῆς τῆς γνώμης, καὶ ὥρᾳ ξυστῆναι μᾶλλον τὸν δόξαν, ἐγὼ μὲν ἔχων τοὺς μετ' ἐμαυτοῦ, καὶ φήσας, ὧν δύναμαι, προσπεσοῦμαι ῥόμῳ κατὰ μέσον τὸ στράτευμα. σὺ δ' Κλεαρίδα, ὕστερον, ὅταν ἐμὲ ὁρᾷς ἤδη προσπεπτωκότα, καὶ κατὰ τὸ εἰκὸς φοβοῦντα αὐτούς, τοὺς μετὰ σαυτοῦ, τοὺς τ' Ἀμφιπολίτας καὶ τοὺς ἄλλους ξυμμάχους ἄρον, αἱρετώτατα πύλας ἀνοίξας ἐπεκθεῖν, καὶ ἐπείγεσθαι ὡς πάχιστα ξυμπίπτειν. ἐλπὶς γὰρ μάλιστα αὐτοὺς οὕτω φοβηθῆναι. τὸ γὰρ ὄπιον ὕστερον, δεινότερον τοῖς πολεμίοις ἢ παρόντος, καὶ μᾶλλον δῆλον) καὶ αὐτός τε ἀνὴρ ἀγαθὸς γίγνου, ὥσπερ τε εἰκὸς ἔστι Σπαρτιάτην· καὶ ὑμεῖς ὦ ἄνδρες ξύμμαχοι ἀκολουθήσατε ἀνδρείως, καὶ νομίσατε τῆδε καλῶς πολεμεῖν, τὸ εὐπειθέλειν, καὶ τὸ αἰσχύνεσθαι, καὶ τοῖς ἄρχουσι πείθεσθαι· καὶ τῇδε ὑμῖν τῇ ἡμέρᾳ, ἢ ἀγαθοῖς γενομένοις ἐλευθερίαν τε ἐστὶ ἀρχήν, καὶ Λακεδαιμονίων ξυμμάχοις κεκλῆσθαι, ἢ Ἀθηναίων τε δούλοις, ἰὼ τὰ ἄριστα αὖθις ἀνδραποδισμοῦ, ἢ θανατώσεως πράξητε, καὶ δουλείας χαλεπωτέρας ἢ πρὶν εἴχετε· τοῖς δὲ λοιποῖς Ἕλλησι, κωλυτῆς γενέσθαι ἐλευθερώσεως. ἀλλὰ μήτε ὑμεῖς μαλακισθῆτε, ὁρῶντες πελίου ὄντων ὁ ἀγών ἐστιν, ἐγώ τε δείξω ὅτι παραινέσαι οἷός τε ὢν μᾶλλον τοῖς πέλας, ἢ καὶ αὐτὸς ἔργῳ ἐπεξελθεῖν.

EADEM LATINE, EX INTERPRETATIONE Laurentii Vallæ ab Henrico Stephano aliquot in locis recognita.

VIri Peloponnenſes, vos ex ea terra eſſe profectos quæ propter fortitudinẽ libera ſemper extitit, & vos Dores aduerſus Iones dimicaturos eſſe, quibus ſuperiores eſſe conſueuiſtis, paucis declaraſſe ſufficiat. At quónam modo *hoſtes* aggredi ſtatuerim, id verò vos docebo, ne, mihi cum paucis *veſtrum* non cum omnibus belli fortunam tentanti vires defuturas exiſtimantes, deterreamini. Hoſtis enim quantum conicio (contemptu noſtri, quos non putat in ſe ad pugnam progreſſuros) locum illum conſcendit: & nunc ſpectandi gratia ordinibus abruptis, palantem omnem prælii curã abieciſſe. Quæ peccata hoſtium quiſquis optimè animaduertit, & pro ſuis etiam viribus *eos* aggreditur, non id faciens ex aperto & inſtructo cõtrà agmine magis quàm ex præſenti opportunitate, is vtplurimum ex animi ſententia res gerere queat. Atque hæc belli furta honeſtiſſimam gloriam obtinent, per quæ maxima fallacia circumueniens hoſtem, ſummo amicos afficiat commodo. Ergo dum imparati adhuc confidunt, dúmque abeundi potius quàm manendi (quantum mihi videtur) animum habent, in hac eorum remiſſione animi & diſſolutione, priuſquam magis ſententiam componant, ego cum iis quos habeo anteuertam, in medium eorum agmen, ſi potero incurrens & irruens. Tu Clearida, mox vbi me iam inſiliiſſe conſpexeris, atque (vt credibile eſt) terrentem illos, tunc verò patefactis repentè portis prodeas cum iſtis qui tecum ſunt, Amphipolitaníſque ac ſociis, anniteréque quamfeſtinantiſſimè te prælio immiſcere. Sic enim præcipuè ſpero eos territum iri: quoniam terribiliores ſunt hoſti qui interueniunt pugnæ quàm qui iam adſunt & pugnant. Et quod ad te attinet, vt Spartiatam decet, virum te egregium præſta: & eum vos ſocii ſtrenuè ſequimini, exiſtimantes id demum eſſe bene bellare, vt velis, vt erubeſcas, vt ducibus pareas: atque vt hodierno die fore vt aut liberi exiſtatis, ſi ſtrenuè vos geſſeritis, & ſocii Lacedæmoniorum vocitemini: aut Athenienſium ſerui, duriore etiam quàm pertuliſtis ſeruitute, & quidem ſi vel optima conditione vti vobis liceat, abſque mancipatione & internecione: cæteríſque Græcis quominus liberi fiant impedimento ſitis. Sed vos operam date vt molles remiſſíque non ſitis, quum ſciatis quantis de rebus certamẽ ſit: ad me autem quod attinet, oſtendã eũ me eſſe qui non magis alios *ad res ſuſcipiendas* horter quàm ipſemet eas exequar.

Ex libro ſexto hiſtoriarum Thucydidis.

NICIAE ORATIO.

ARGVMENTVM.

Athenienſium opem implorabant Egeſtani Siculi, bello à Siluntinis petiti. Res delata eſt ad concionem. Populus id bellum iuſſit cupidiſſimis aliquot ducibus, qui illud deferri ad ſe cupiebant. In numero ducum erat nominatus Nicias. huic delatum impe-

rium, & omnis illa militia minimè grata erat. Itaque decernenti populo dissuadet ne omnino id bellum suscipiatur. Esse enim illud periculosum, præsertim nullis finitimorum pacatis, sed ardente Peloponesiaco bello, quod plenum negotii erat. Refellit quod dictum fuerat ab Egestanis, impendere grauissimum periculum Athenienſium imperio, si Syracusani rerum in Sicilia potirentur. Monet ne mos geratur cupidis hominibus, qui nihil libentius faciant quàm rem & gloriam priuatam ex reip. detrimentis quærant.

Ἡ μὲν ἐκκλησία περὶ τοιαύτης τῆς ἡμετέρας ἥδε ξυνελέγη, καθότι χρὴ ἐς Σικελίαν ἐκπλεῖν· ἐμοὶ μὲν τοι δοκεῖ καὶ πρὶν αὐτὸ πρᾶγμα ἔρχεσθαι, εἰ ἄμεινόν ἐστιν ἐκπέμπειν τὰς ναῦς, καὶ μὴ οὕτω βεβαίᾳ βουλῇ περὶ μεγάλων πραγμάτων αὐθράσιν ἀλλοφύλοις πειθομένους, πόλεμον ἐ ποιεῖσθαι τοιόνδε. καίτοι ἔγωγε καὶ πυθόμενος ἐκ τῶν ἐπιόντων, καὶ ἥσσον ἑτέρων περὶ τῶν ἐμαυτοῦ σωμάτων ὀρρωδῶν, νομίζων ὁμοίως ἀγαθὸν πολίτην εἶναι), ὃς ἂν καὶ τὰ σώματος καὶ τῆς οὐσίας ποιῆται μάλιστα. χρὴ δὲ αὖ ὁ βούλεται ὀρθοῦσθαι. ὅμως ἤ οὔπω ἐν τῷ πρότερον χρόνῳ, ὅτε τὸ πρᾶσσειν, εἶπον πρὸ γνώμων οὐδὲν νῦν, ἀλλὰ καὶ ἂν γιγνώσκω βέλτιστα, ἐρῶ. καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἔμπροσθεν τοὺς ὑμετέρους, ἀδεὴς ἂν μου ὁ λόγος εἴη, εἰ τί τε ὑπ' ἀρχὴν σώζειν παραινοίην, καὶ μὴ τοῖς ἐπίκαιρον πρὸ τοῦ ἀφανῶν καὶ μελλόντων κινδυνεύειν. ὡς ἢ οὔτε ἐν καιρῷ πρεύσεσθε, οὔτε ῥᾴδιά ἐστι καταμαθεῖν ἐφ' ἃ ὥρμησθε, ταῦτα διδάξω. φημὶ γὰρ ὑμᾶς πολεμίους πολλοὺς ἐνταῦθα ἐπολιπόντας, καὶ ἑτέρους ὑπομενεῖν ἐκεῖσε πλεύσαντας, δεῦρο ἐπαγαγέσθαι. καὶ οἴεσθε ἴσως τὰς ξυμμαχίας ὑμῖν παρέσεσθαι ἔχειν τι βέβαιον, αἳ ἡσυχάζοντων μᾶλλον ἢ ἡμῶν, κατὰ τοιαύτην ἐλθόντες ἔπειτα ἐν αὐτῇ ταύτῃ πολλὰ τὰ ἀμφισβητούμενα ἔχουσι. εἰσὶ δ' οἳ οὐδὲ ταύτην πω τὴν ὁμολογίαν ἐδέξαντο, καὶ οὐχ οἱ ἀσθενέστατοι· ἀλλ' οἱ μὲν ἀνέπικρες πολεμοῦσιν, οἱ δὲ καὶ διὰ τὸ Λακεδαιμονίους ἔπη ἡσυχάζειν, δεχόμενοι ἀσπονδίας ἢ αὐτοὶ ἔπι κατέχουσι). τάχα δ' αὖ ἴσως εἰ δίχα ἡμῶν ἢ δύναμιν λάβοιεν (ὅπερ νῦν αὐτοῖς δοκῶ) ἢ πάνυ ἂν ξυνεπίοιντο μετὰ Σικελιωτῶν, οἷς πρὸ πολλῶν ἂν ἐπεμήσαντο ξυμμάχοις σφίσι ἡμέας ἐν τῷ πρὶν χρόνῳ. ὥστε χρὴ σκοπεῖν πανταχῇ αὐτά, καὶ μὴ μετεώρῳ τε πόλει ἀξιοῦν κινδυνεύειν, καὶ ἀρχῆς ἄλλης ὀρέγεσθαι, πρὶν ἂν ἔχωμεν βεβαιωσώμεθα. εἰ καὶ Χαλκιδεῖς γε οἱ ὑπὲρ Θράκης, ἔτη τοσαῦτα ἀφεστῶτες ἡμῶν, ἔτι ἀχείρωτοί εἰσι, καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ἠπείρου ὑπόδικοι ὦσι ἀκροῶνται· ἡμεῖς δὲ Ἐγεσταίοις δὴ οὖσι ξυμμάχοις, ὡς ἀδικουμένοις ὀξέως βοηθοῦμεν. ὑφ' ὧν δὴ αὐτῶν πάλαι ἀφεστώτων ἀδικούμεθα, ἔπι μέλλομεν ἀμύνεσθαι. καίτοι τοῖς μὲν καταπεπολεμωμένοις, κἂν κατέχωμεν, ἧσσόν ἐστιν ἀνάγκη κρατήσομεν, διὰ πολλοῦ γε καὶ πολλῶν ὄντων, χαλεπὸς ἂν ἄρχειν δοκοίημεν. αἰσθόμενοι δὲ ὅτι τοιούτοις ἤειμεν, ὧν κρατήσας τε μὴ κατασχήσει τις, καὶ μὴ κατορθώσας, μὴ ἐν τῷ ὁμοίῳ ἢ πρὶν ὅτι χειρώσας ἔσται. Σικελιῶται δὲ ἂν μοι δοκοῦσιν, ὡς γε νῦν ἔχουσι, καὶ ἓν ἂν ἥσσον δεινοὶ ἡμῖν γένεσθαι, εἰ ἄρξειαν αὐτῶν Συρακούσιοι· ὅπερ οἱ Ἐγεσταῖοι μάλιστα ἡμᾶς ἐκφοβοῦσι. νῦν μὲν γὰρ κἂν ἔλθοιεν ἴσως Λακεδαιμονίων ἕκαστοι χαίρειν, ἐκείνως δὲ οὐκ εἰκὸς ἀρχὼ ὅτι ἀρχὼ στρατεῦσαι. ὧν γὰρ αὖ ἕνεκα νῦν ἡμετέρων μετὰ Πελοποννησίων ἀφέλωνται, εἰκὸς ἴσως τῶν αὐτῶν καὶ τῶν ὑμετέρων διὰ τὸ αὐτὸ καθαρεύσειν. ἡμᾶς δ' αὖ οἱ οἰκεῖ Ἕλληνες μάλιστα μὲν ἐκπεπλημένοι εἶεν, εἰ μὴ ἀφικοίμεθα ἔπιπα, καὶ εἰ δείξαντες τὸν δυνάμιν, δι' ὀλίγου ἀπέθοιμεν· εἰ δὲ σφαλείημεν τι, ἔχις· αὖ ὑπάρξοντες, μετὰ ἐνθάδε ὑπόδικοι τὸ γὰρ δι' πλείστου πάντες ἴσμεν θαυμάζόμενα, καὶ τὸ πεῖραν ἤκιστα τῆς δόξης δόντα. ὅπερ νῦν ὑμεῖς ὦ Ἀθηναῖοι ἐς Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς ξυμμάχους πεπόνθατε, διὰ τὸ πρὸ γνώμων αὐτοὺς ἃ ἐφοβεῖτο θαρσῦναι, καὶ ἀγνώμονα δόξαι, καὶ ἀφρονήσαντες, ἤδη καὶ Σικελίας ἐφίεσθε. χρὴ δὲ μὴ πρὸς τὰς τύχας τὴν ἐναντίαν ἐπαίρεσθαι, ἀλλὰ ταῖς διανοίαις κρατήσαντας, θαρρεῖν. μηδὲ Λακεδαιμονίους ἄλλο τι ἡγήσασθαι ἢ διὰ τὸ αἰσχρὸν, σκοπεῖν ὅτῳ θᾶσσον ἐπὶ τὴν νῦν ὑμῶν ὁρμὴν σφήλαντες ἡμᾶς, τὸ σφέτερον ἀπορεπὲς δύ' ἡσσονται. ὅσῳ δὲ καὶ πλείσου καὶ διὰ πλείστου, δόξαν ἀρετῆς μελετᾶσιν. ὥστε οὐ πρὸς τὴν ἐν Σικελίᾳ ἐλαχίαν ἡμῖν αἰσθρῶν βαρβάρων ἀφορῶν, εἰ σωφρονοῦμεν, ἀλλ' ὅπως πόλιν δ' ὀλιγαρχίας ὅπη ἐβουλεύουσαν, ὀξέως φυλαξόμεθα. καὶ μεμνῆσθαι χρὴ ἡμᾶς ὅτι νεωστὶ ἀπὸ νόσου μεγάλης καὶ πολέμου βεβιαίου πολεμοφόκαμεν, ὥστε καὶ χρήμασι καὶ τοῖς σώμασιν ἠυξῆσθαι· καὶ ταῦτα ὑπὲρ ἡμῶν δίκαιον ἐνθάδε εἶναι ἀναλοῦν, καὶ μὴ ὑπὲρ αὐθρῶν φυγάδων πρὸς δ', ὑπισχνείας δεομένων. εἰς τό, τε ψεύσασθαι καλῶς χρήσιμον, καὶ τὸ τῆς πόλεως κινδυνεύειν αὐ πρὸς λόγοις μόνον πρὸς δημοσίους, ἢ καπρῴσαντας, χαίρειν μὴ ἀξίαν εἰδέναι· ἢ πλαίσαντάς που, τοῖς φίλοις ξυναπολέσαι. εἴτε τις ὑπὲρ ἀρχὴν ἄσμενος αἱρεθείς, παραινεῖ ὑμῖν ἐκπλεῖν, τὸ ἑαυτοῦ μόνον σκοπῶν, ἄλλως τε καὶ νεώτερος ὢν ἔτι ἐς τὸ ἀρχὴν. ὅπως θαυμασθῇ μᾶλλον ἀπὸ τῆς ἱπποσοφίας, διὰ δὲ πολυτέλειαν, καὶ ὠφεληθῇ τι ἐκ τῆς ἀρχῆς, μηδὲ οὕτω ἐμπρόσθεν τῆς πόλεως κινδυνεύειν ἰδίᾳ ἐλλαμπρωνίσασθαι. νομίσατε δὲ τοιούτοις τὰ μὲν δημόσια ἀδικεῖν, τὰ δὲ ἴδια αἰσθρῶν· καὶ τὸ πρᾶγμα μεγάλα εἶναι, καὶ μὴ οὐ νεωτέρῳ βουλεύσασθαί τε καὶ ὀξέως μεταχειρίσαι. οὓς ὁρῶν ἐγὼ νῦν ἐνθάδε τῶν αὐτῷ αὐθρὶ θαρσαλέους καὶ θυμοῦσθαι, φοβοῦμαι, καὶ τοῖς πρεσβυτέροις αὐτῶν θαρσαλέουμαι μὴ καταισχυνθῶσιν, εἴτῳ τις θαρσαλέος ἐν τῶν δὲ ὅπως μὴ δόξῃ, ἂν μὴ ψηφίζηται πολεμεῖν, μαλακὸς εἶναι. μηδ' ὅπερ οἱ αὐτοὶ πάσχουσιν, δι σπρωτὰς εἶναι πρὸς ἁπάντων· γιγνώσκοντες ὅτι ὀλιγαρχία μὲν ἐλάχιστα καταπροθοῦνται, πρὸς δὲ, πλεῖστα· ἀλλ' ὑπὸ τῆς πατρίδος, ὡς μέγιστον δὴ πρὸς πρὶν κινδυνεύσουσιν, αὐτοκράτορα νεῖν, καὶ ψηφίζεσθαι τοῖς μὲν Σικελιώταις οἷς πρὸς νῦν ὅροις χρωμένους πρὸς ὑμᾶς οὐ μεμπτοὶ ὦσι, τὸ Ἰονίῳ κόλπῳ, πρὸς ἐμὲ γὰρ ἰὼν τις πλεῖν, καὶ πρὸς Σικελικῷ διὰ πελάγους, τὰ αὐτῶν νεμομένους, καθ' αὑτοὺς ξυμφέρεσθαι. τοῖς δ' Ἐγεσταίοις ἰδίᾳ εἰπεῖν, ἐπειδὴ αὖθις Ἀθηναίων ἢ ξυνῆλθαν πρὸς Σεκινουσίους τὸ πρῶτον πόλεμον, μετὰ σφῶν αὐτῶν καὶ καταλύεσθαι. καὶ ὁπόταν ξυμμάχους μὴ ποιεῖσθαι, ὡς πρὸ εἰώθαμεν, οἷς κακῶς μὲν πρᾶξασιν ἀμυνοῦμεν, ὠφελείας δ' αὐτοὶ δεησόμενοι, οὐ τευξόμεθα. καὶ σὺ, ὦ πρύτανι, ταῦτα (εἰ πρὸ ἡμῶν ἢ σοὶ πρόσκειται κἀδεῖν ψηφίζειν, πόλεως, καὶ βούλει γνῶναι πολίτης ἀγαθὸς) ὅπη ψηφίζῃ, καὶ γνώμας πρόθου αὖθις Ἀθηναίοις, νομίσας, εἰ ὀρθῶς δεῖς τὸ εἰκαίψηφίσῃ, τὸ μὲν λύειν τοὺς νόμους, μὴ μετὰ τοσούτων δ' αὖ μαρτύρων αἰτίαν ἔχειν, τῆς δὲ πόλεως βουλευσάμενος ἰσχὺς ἂν γένεσθαι. καὶ τὸ καλῶς ἄρξαι τοῦτ' ἔστι), ὃς μήτε αὖ πρὸς πατρίδα ὠφελήσῃ ὡς πλεῖστα, ἢ ἐκὼν εἶναι μηδὲν βλάψῃ.

EADEM LATINE, EX INTERPRETATIONE Laurentii Vallæ, ab Henrico Stephano nonnullis in locis recognita.

HAEC quidem concio ob noſtram claſſem inſtruendam coacta eſt, perinde acſi in Siciliam nauigare oporteat. Mihi autem videtur de hoc ipſo quoque conſiderari oportere, vtrum ſatius ſit mittere claſſem nécne: nec ita breui conſultatione de rebus arduis, credendo viris alienigenis, bellum ſumere quod ad nos nihil pertineat. Equidem quod ad me attinet, ego ex hac re honorem conſequor, & meo ipſius corpori minimè omnium timeo. Sed quum exiſtimem bonum ciuem eſſe, cum eum qui & corpori & fortunis ſuis proſpicit, tum eum multo magis qui vult ſua opera remp. proſperam eſſe: ſicuti tamen ſuperiori tempore nunquam ampliandæ dignitatis gratia dixi ſecus atque ſentiebam, ita nunc non alia quàm quæ optima eſſe ſentio, dicam. Qui ſi ſuadeam vobis ea quæ adſunt tueri, nec de iis quæ certa ſunt, propter incerta periclitari, infirma quidem apud affectus veſtros fuerit oratio mea: quòd autem neque tempeſtiui ſint conatus veſtri, neque facilia ſunt ad obtinendum ea ad quæ contenditis, hoc planum faciam. Etenim dico vos, illuc traiiciendo, quum multos hîc hoſtes relinquatis, cupere vt plures etiam huc hoſtes contrahatis. Et opinamini fortaſſe apud illos fœdera quæ nobiſcum inierunt, aliquid firmitatis habitura. Illa verò quieſcentibus quidem nobis erunt fœdera duntaxat nomine: (ſic enim quidam è noſtris atque ex aduerſariis rem tranſegerunt) quòd ſi numeroſi *alicuius* exercitus clades nobis contingat, ſine mora manus hoſtilis ingruet nobis: primùm quia nobiſcum pacti ſunt non voluntate, ſed iniquitate fortunæ & neceſſitate, ac maiore quàm nos turpitudine: deinde quòd in his fœderibus multa controuerſa habemus. Præterea verò ſunt qui has pactiones neutiquam admiſerunt, neque ii inualidiſſimi, & eorum alii, profeſſi hoſtes, alii, quia Lacedæmonii quieſcunt adhuc, & ipſi per decem dierum fœdera ab inuadendo cohibentur: qui forſitan ſi noſtras copias bifariam diuiſas eſſe acceperint (id quod nunc facere feſtinamus) nos prorſus adorientur vnà cum Sicilienſibus, quorum ſocietatem iampridem ingenti pretio redemiſſent. Ex quo animaduertere debemus qualia ſint hæc, neque, dum ciuitas noſtra fluctuat, periculis nos obiicere, & alienũ imperium affectare, priuſquam id quod habemus ſtabilierimus. Siquidem & Chalcidenſes qui ſunt in Thracia, qui à tot iam annis defecerunt à nobis, nondum ſubiugati ſunt, aliique in continentibus non certam obedientiam nobis præſtãt. Sed nos Egeſtanis *noſtris* ſcilicet ſociis, vt quibus inferatur iniuria, properè ſuccurrimus: at verò eos ipſos à quibus iampridem, ex quo à nobis defecerunt, iniuria afficimur, bello perſequi cunctamur. Atqui hos vincendo retinebimus: illis certè, quòd procul abſunt, quódque permulti ſunt, ægrè imperabimus. Amẽtia igitur ſit eos inuadere quos qui vicerit, retinere *ſub imperio ſuo* nequeat, & ſi res ei non ſucceſſerit, non eadem quæ ante illam tentatam, conditio eius futura ſit. Sicilienſes autem mihi videntur, vt nunc ſe res habent, ſi imperio eorum potiantur Syracuſani, etiam minus formidabiles nobis fore: quo nomine præcipuè terrorem nobis incutiũt Egeſtani. Nunc enim fieri quidem certè poſſit vt veniant ſinguli gratificandi Lacedæmoniis gratia: at illo modo veriſimile nõ eſſet, fore vt principatus bellũ principatui inferret. Quoniã quo ipſi modo cum Peloponnẽſibus noſtrũ imperium euertiſſent, eodem credere deberẽt ſuũ ab eiſdem euerſum iri. Porro Græci qui illic ſunt, primùm nos magnopere extimeſcent ſi illuc nõ tranſmiſerimus: dehinc etiam, ſi oſtentatis copiis paulò poſt diſceſſerimus. Quòd ſi quid cladis acceperimus, continuò per contemptum noſtri cum aliis hinc Græcis nos adorientur: quæ enim à nobis longiſſimè remota ſunt, & quæ experientiam opinionis *de ſe conceptæ* nõ dederunt, omnes admirationi eſſe ſcimus. Id quod nunc vobis Athenienſes, erga Lacedæmonios ergáque ſocios vſuuenit. qui quoniam præter opinionẽ, circa ea quæ metuebatis antea ſuperiores illis extitiſtis, iam præ contemptu illorum, Siciliam affectatis. Atqui non oportet ad caſus aduerſariorum extollere animos, ſed animos ipſos cohibẽdo confidere: ſentiréque nihil aliud Lacedæmonios ſpeculari, propter ignominiã acceptã, quàm quo pacto vel nunc quoque ſi poſſint euertendo nos, emendent turpitudinem

suam: idque tanto magis quanto maiore studio & à longiori tempore fortitudinis exercitationibus laudem venantur. Itaque nō de Egestanis barbaris qui apud Siciliam sunt, nobis certamen propositum est, si prudenter attendimus, sed de cauendo properè ab vrbe per oligarchiam nobis insidiante. Ac certè meminisse debemus nos nuper à morbo graui & bello paululum esse recreatos, adeo vt validiores & opibus & corporibus facti simus. Hæc autem æquum esse pro nobismetipsis hîc impendere, non pro viris istis profugis auxilio egentibus. quibus & pulchrè mentiri vtile est, & aliorum periculo (quum nihil ipsi nisi verba tantùm impendant) aut meritam gratiam nobis non habere rebus prosperè euntibus, aut, siquid secus accidat, amicos secum in perniciem trahere. Quòd siquis ad hanc præfecturam libens delectus, hortatur vos ad nauigandum, suarum tantùm rerum rationem habens, præsertim quum sit iunior quàm vt imperio fungatur, vt propter sumptus quos in alendos equos facit, admirationi sit, simul etiam vt propter magnificentiam aliquid emolumenti ex dignitate *imperatoria* percipiat: ne huic quidem concedere debetis vt priuatum splendorē *nominis sui* quærat periculo ciuitatis, sed existimare ab huiuscemodi hominibus res quidē publicas lædi, priuatas autē profligari. Præterea hoc negotiū grande esse, nec de quo adolescens consultare, quódq; properè administrare possit. Cui viro nunc hîc assidētes ab ipso corrogatos quū videam, timeo, & ob id ediuerso seniores hortor, ne siquis alicui eorum assidet, eum pudeat ne ignauus esse videatur, si bellum suffragio suo non comprobauerit. Ac *eosdem hortor* ne eodem quo illi vitio laborantes, eorum quæ absunt perdito amore teneantur, (quippe qui norint cupiditate res paucas prosperè geri, at prouidentia plurimas) sed pro patria, vt in maximum omnium superiorum periculum adducta, refragantes, decernant, Sicilienses iisdem quibus nunc finibus vtentes, de quibus non est quòd queramur, (Ionico *videlicet* sinu, siquis terram legat, Siculo autem, siquis altum teneat) sua possidentes, res itē suas inter se agere. Egestanis autē separatim respondeāt, quandoquidem sine Athenienſibus à principio bellum cum Selinuntiis contraxerunt, vt id ipsi per se dissoluant. Nec posthac societatem, quemadmodum consueuimus cum iis faciamus, quibus calamitate pressis subsidium feremus: ipsi verò desiderantes subsidium, non inueniemus. Tu quoque quæstor, si & te dignum ducis gerere curam ciuitatis, & bonus ciuis existere, de integro consulito Athenienses de his, & ad suffragia reuocato, persuasum habens, si exhorrescis, rogare iterum sententias, quòd solutæ leges fuerint, id in tanta testium frequētia *factum*, crimini datum non iri: te autem ciuitatis quæ malū consilium ceperit, medicum fore. atq; adeo eum demum rectè magistratu esse functū, qui patriam beneficiis quàm potuerit plurimis affecerit, aut saltem nullum ei data opera damnum attulerit.

ALCIBIADIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Intererat eidem illi concioni Alcibiades, genere, opibus, eloquentia florens, sed iuuenili insolentia ferox: dux porro iam designatus, si populus eam expeditionem sciuisset, vt iam cœperat. Is, quòd oratione Niciæ se non obscurè carpi sensérat, simul vt populo eam nauigationem persuaderet, ad dicendam sententiam accessit, quam hac oratione est complexus. Primùm coarguit ea quæ à Nicia fuerant iniecta in aliquot iuuenum immodicam magnificentiam & ostentationem: deinde expeditionem suadet, quòd vtilem & necessariam esse probet: necessariam, ne socii deserantur, & ne imperium Atheniense propter inertiam minuatur: vtilem, quia cōfirmatis in Sicilia sociis, hostes Athenienſium debilitarentur: & quia semper ita euenisset, vt multis iuuandis Athenienſium opes crescerent.

Καὶ θεσπέσιόν μοι μᾶλλον ἑτέρων, ὦ Ἀθηναῖοι, δοκεῖν, (αἰσχύνη γὰρ οὐκ οἶδ' ὅτου δεῖ ἀρξάσθαι, ἐπειδὴ μοῦ Νικίας καθήψατο) καὶ ἄξιος ἅμα νομίζω εἶναι. ὧν γὰρ πατρὶ ὁσπιτός ἐστιν εἰμι, τοῖς μὲν θεσπρόποις μου καὶ ἐμοὶ δόξαι φέρειν ἔοικε, τῇ δὲ πατρίδι καὶ ὠφέλειαι. οἱ γὰρ Ἕλληνες καὶ ὑπὸ δυνάμεως μείζω ἡμᾶς τὴν πόλιν ἐνόμισαν, τῇ ἐμῷ ἐξαπατηθέντες τῆς ἐλυμπίαζε θεωρίας, θᾶσσον ἐλπίζοντες αὐτὴν καταπεπολεμῆσθαι, διὸπερ ἅρματα μὲν ἐπτὰ καθῆκα, ὅσα οὐδεὶς πω ἰδιώτης θᾶττον, ἐνίκησα δὲ, καὶ δεύτερος καὶ τέταρτος ἐγὼ φαίνομαι, καὶ πάλλα ἀξίως τῆς νίκης παρεσκευασάμην. νομίζω μὲν γὰρ, μὴ παῖ ζ' ἀσπουδεῖται. καὶ ὅσα δὲ τῷ δραμήματι καὶ δυνάμει ἅμα ὑπονοεῖται, καὶ ὅσα αὖ ἐν τῇ πόλει χορηγίαις ἢ ἄλλῳ τῳ λαμπρυνόμεθα, τοῖς μὲν ἀστοῖς φθονεῖται φύσει, θεοῖς δὲ τοῖς ξένοις καὶ αὐτὴ ἰσότης φαίνεται

φαίνεται. καὶ ὅτι ἄχρηστος ἡ ἡβώνοια, ὃς ἂν τοῖς ἰδίοις πόλεσι μὴ ἑαυτὸν μόνον ἀλλὰ καὶ τὴν πόλιν ὠφελῇ. οὐδέ γε ἄδικον ἐφ' ἑαυτῷ μέγα φρονοῦντα μὴ ἴσον εἶναι. ἐπεὶ καὶ ὁ κακῶς πεφυκὼς, ὃς οὐδένα τῆς ξυμφορᾶς ἰσομοιρεῖ. ἀλλ' ὡς ἐγὼ δυστυχοῦντες οὐ περισχερδύμεθα, ὃν τῷ ὁμοίῳ τὴν ἀνέχεσθαι καὶ ἴσον τὴν ἀπορραγούντων ὑπερφρονοῦμεν, ἢ τὰ ἴσα νέμων, τὰ ὅμοια ἀξιοῦντα. οἵδε δὲ τοῖς τοιούτοις, καὶ ὅσοι ἔν τινος λαμπρότητι περίεσμεν, ἀνιῶμεν τὴν κατ' αὐτοὺς βίᾳ λυπηροὶ ὄντας, τοῖς ὁμοίοις μᾶλλον, ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ξυνόντας· τὴν δ' ἔπειτα ἀπρόπτων περιποίησιν τε ξυγγενείας πρὸ, καὶ μὴ οὖσαν καταλιπόντας, καὶ ἧς αὖ ὧν πατρίδος, ταύτην αὐξήσαντας, ὡς οὐ περὶ ἀλλοτρίων, οὐδὲ ἀμφισβητούντων, ἀλλ' ὡς περὶ σφετέρων τε καὶ καλὰ περιξάντων. ὧν ἐγὼ ὀρεγόμενος, καὶ δι' ταῦτα τὰ ἴδια ὀλιγωρούμενος, τὰ δημόσια σκοπεῖτε εἴ που χεῖρον μεταχειρίζω. Πελοποννήσου γὰρ τὰ δυνατώτατα ξυήσας αὖθις μεγάλου ὑμῖν κινδύνου ἢ δαπάνης, Λακεδαιμονίοις ἐς μίαν ἡμέραν κατέστησα ἐν Μαντινείᾳ περὶ τῆς ἁπάντων ἀγωνίσασθαι. ἐξ οὗ καὶ περιῆμόμενοι τῇ μάχῃ, οὐδέπω καὶ νῦν βεβαίως θαρσοῦσι· καὶ ταῦτα ἡ ἐμὴ νεότης καὶ ἄπειρα πρὸς φύσιν δοκοῦσα εἶναι, ἐς τὴν Πελοποννησίων δύναμιν λόγοις τε πρέποισιν ὡμίλησε, καὶ ὀργῇ πίστιν προσαχθῆναι, ἔπεισε καὶ νῦν μὴ προσδοκᾶσθαι αὐτὴν, ἀλλ' ἕως ἐγὼ τε ἔτι ἀκμάζω μετ' αὐτῆς, καὶ ὁ Νικίας δυτυχὴς δοκεῖ εἶναι, ἀσπάζεσθε τὴν ἑκατέρου ἡμῶν ὠφελείᾳ· καὶ τὸν ἐς τὴν Σικελίαν πλοῦν μὴ μεταγιγνώσκητε, ὡς δὴ μεγάλην δύναμιν ἐσόμενον. ὄχλος τε γὰρ ξυμμίκτοις πολυανθρώποις αἱ πόλεις, καὶ ῥᾳδίας ἔχουσι τὰς πολιτειῶν τὰς μεταβολὰς, καὶ δεξάς. καὶ οὐδεὶς δι' αὐτὸ, ὡς περὶ οἰκείας πατρίδος, οὔτε τὰ περὶ τὸ σῶμα ὅπλοις ἐξήρτηται, οὔτε τὰ ἐν τῇ χώρᾳ νομίμοις καταστάσεσιν· ὃ, τι δὲ ἕκαστος ἢ ὅτι τὸ λέγων πείθειν οἴεται, ἢ σασιάζων ἀπὸ τοῦ κοινοῦ λαβὼν, ἄλλην γῆν μὴ καταρθώσας οἰκήσαι, ταῦτα ἐπιμαίζεται. καὶ οὐκ εἰκὸς τὸν τοιοῦτον ὅμιλον οὔτε λόγου μιᾷ γνώμῃ ἀκροάσασθαι, οὔτε ἐς τὰ ἔργα κοινῶς τρέπεσθαι· ταχὺ δ' ἂν ὡς ἕκαστοι, εἴτι καθ' ἡδονὴν λέγοιτο, προχωρεῖν· ἄλλως τε καὶ εἰ σασιάζοισιν, ὥσπερ πιθανόμεθα. καὶ μὲν οὐδὲ ὁπλίται οὔτ' ἐκείνοις ὅσοι περικομποῦσι, οὔτε οἱ ἄλλοι Ἕλληνες διεφάνησαν τοσοῦτοι ὄντες ὅσοι ἕκαστοι σφᾶς αὐτοὺς ἠείθμησαν· ἀλλὰ μέγιστον δὴ αὐτοῖς ἐφυσιδήσῃ ἡ Ἑλλὰς, μόλις ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ ἱκανῶς ὡπλίσθη. ταῦτα τε οὖν ἐκεῖ, ἐξ ὧν ἐγὼ ἀκοῇ αἰσθάνομαι, ταῦτα, καὶ ἔτι ἀπορώτερα ἔσται. βαρβάρους τε γὰρ πολλοὺς ἕξομεν, οἳ συμμαχοισίων μισθοφορήσοντες αὐτοῖς, καὶ τὰ οἰκεῖα δὲ οὐκ ὀλιγάνδρα, ὧν ὑμεῖς ὀρθῶς βουλεύσασθε. οἱ γὰρ πατέρες ἡμῶν τοῖς αὐτοῖς τούτοις οὐδ' ὧν φασι πολέμιοι ὑπολιπόντας αὖ ἡμᾶς πλεῖν, καὶ περσέτι τὸν Μῆδον ἐχθρὸν ἔχοντες, τὴν ἀρχὴν ἐκτήσαντο, οὐκ ἄλλῳ τινὶ ἢ τῇ περιουσίᾳ τοῦ ναυτικοῦ ἰσχύοντες, καὶ νεῶν οὔτε αὐτάρκεσι πω μᾶλλον Πελοποννήσιοι ἐς ἡμᾶς ἐχώρουν, εἴτε καὶ παύσειν ἔρρωνθ', τὸ μὲν ἐς τὴν γῆν ἡμῶν ἐσβάλλειν, κἂν μὴ ἐκπλεύσωμεν, ἱκανοί εἰσι, τῷ δὲ ναυτικῷ οὐκ ἂν δυνήσαιντο βλάπτειν. ὑπόλοιπον δὲ ὑμῖν ἐστὶν αὐτὸ παλαιὸν ναυτικόν. ὥστε ἢ αὖ λέγοντες εἰκὸς, ἢ αὐτοὶ ἐπινοοῦμεν, ἢ ἐκ τοῦ παραυτίκα ξυμμάχοις σκηπτόμενοι, μὴ βοηθοῖμεν; οἷς χρεών, ἐπειδή γε καὶ ξυνωμόσαμεν, ἐπαμύνειν, καὶ μὴ αὐτὰ παθεῖν, ὅπερ οὐδὲ ἐκεῖνοι ἡμῖν. οὐ γὰρ ἵνα δεῦρο ἀπροβοήθητοι ἐσόμεθα αὐτοῖς, ἀλλ' ἵνα τοῖς ἐκεῖ ἐχθροῖς ἡμῶν λυπηροὶ ὄντες, δεῦρο κωλύωσιν αὐτοὺς ὁρμᾶσθαι. τὴν τε ἀρχὴν οὕτως ἐκτησάμεθα καὶ ἡμεῖς, καὶ ὅσοι δὴ ἄλλοι ἦρξαν, τοῖς προσγιγνόμενοι πρόθυμοι τοῖς ἀεὶ ἢ βαρβάροις, ἢ Ἕλλησιν ὁπηκαλουμένοις. ἐπεὶ εἰ γε ἡσυχάζοιεν πάντες, ἢ φιλοκρινοῖεν οἷς χρεὼν βοηθεῖν, βεαχὺ ἂν τι προσκτώμενοι αὐτῇ, μᾶλλον αὐτῆς ἂν ταύτης μᾶλλον κινδυνεύοιμεν. τὸν δὲ προύχοντα οὐ μόνον ὁρῶντα τὰς ἁμαρτάνεται, ἀλλὰ καὶ μὴ ὅπως ἔπεισι προκαταλαμβάνει. καὶ οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἐμβύεσθαι ἐς ὅσον βουλόμεθα ἀρχὴν, ἀλλ' ἀνάγκη, ἐπειδήπερ ἐν τῷδε καθεστήκαμεν, τοῖς μὲν ὁπερβουλεύειν, τοὺς δὲ μὴ ἀνιέναι, διὰ τὸ ἀρχθῆναι ἂν ὑφ' ἑτέρων αὐτοὺς κινδύνου ἔστι), εἰ μὴ αὐτοὶ ἄλλων ἄρξομεν. καὶ οὐκ ἐκ τοῦ αὐτοῦ ὁπισκεπτέον ἡμῖν τοῖς ἄλλοις τὸ ἥσυχον, εἰ μὴ καὶ τὰ ὁπηνδεύματα ἐς τὸ ὅμοιον μεταλήψεσθε. λογισάμενοι οὖν τάδε μᾶλλον αὐξήσειν, ἐπ' ἐκεῖνα ἰῶμεν, ποιώμεθα τὸν πλοῦν, ἵνα Πελοποννησίων τε σορέσωμεν τὸ φρόνημα, εἰ δόξομεν ὑφειδόντες καὶ οὐκ ἀγαπήσαντες τὴν ὃν τῇ παρόντι ἡσυχίαν, ἢ ὅτι Σικελίαν πλοῦσαν. καὶ ἅμα ἡ τῆς Ἑλλάδος τὴν ἐκεῖ προσχωμένων πάσης τῇ εἰκότι ἀρξόμεθ, ἢ κακώσομέν γε Συρακοσίους, ἐν ᾧ καὶ αὐτοὶ καὶ οἱ ξύμμαχοι ὠφελησόμεθα. τὸ δ' ἀσφαλὲς καὶ μὴ ἰέναι, ἐῶ τι προσχωρῇ, καὶ ἀπελθεῖν, αἱ νῆες παρέξουσιν. αὐτοκράτορες γὰρ ἐσόμεθα καὶ ξυμπάντων Σικελιωτῶν. καὶ μὴ ὑμᾶς ἡ Νικίου τὴν λόγων ἀπρεπὴς μισωνία καὶ δίαισις τοῖς νέοις ἐς τοὺς πρεσβυτέρους ἀποτρέψῃ. τῷ δὲ εἰωθότι κόσμῳ, ὥσπερ καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν, ἅμα νέοι γεραιτέροις βουλεύοντες, ἐς τάδε ἦραν αὐτὰ, καὶ νῦν τῷ αὐτῷ τρόπῳ πειρᾶσθε περαίνειν τὴν πόλιν· καὶ νομίσατε νεότητα μὲν καὶ γῆρας αὖθις ἀλλήλων μηδὲν δύνασθαι· ὁμοῦ δὲ, τὸ, τε φαῦλον, καὶ τὸ μέσον, καὶ τὸ παὺ ἀκριβὲς ἂν ξυγκραθὲν, μάλιστ' ἂν ἰσχύειν. καὶ τὴν πόλιν, ἂν μὲν ἡσυχάζῃ, τείχεσθαί τε αὐτὴν πρὸς ἑαυτὴν, ὥσπερ καὶ ἄλλο τι, καὶ πάντων τῶν ὁπηκαίων ἐγκρατεστάτην γίγνεσθαι· ἀγωνιζομένην δὲ, ἀεὶ προσλήψεσθαί τε τὴν ἐμπειρίαν, καὶ τὸ ἀμύνεσθαι, οὐ λόγῳ ἀλλ' ἔργῳ μᾶλλον ξυνήθεις ἕξειν. ὧδέ πω τε γιγνώσκω πόλιν μὴ ἀσφαλεστάτην τάχιστ' ἂν μοι δοκεῖν ἀπροσκοπωτάτην μεταβολὴν διαφθαρῆναι, καὶ τὴν αὐξηθεῖσαν ἀσφαλέστατα τούτοις οἰκεῖν οἳ ἂν τοῖς παροῦσιν ἥδεσι καὶ νόμοις, ὡς καὶ χείρω ᾖ, ἥκιστα διαφόρως πολιτεύωσι.

EADEM LATINE, EX INTERPRETATIONE Laurentii Vallæ, ab Henrico Stephano aliquot in locis recognita.

IMperatorem esse me, Athenienses, magis quàm alium quenquam decet (hinc enim exordiri necesse habeo, quum me Nicias pupugerit) & dignum me esse arbitror. nã propter quæ inter homines celebror, ea afferunt cum meis maioribus ac mihi ipsi gloriam, tum verò patriæ emolumentum. Etenim propter splendorem quo vsus sum

in ſpectaculis Olympicis, maiorem de noſtræ vrbis potentia conceperunt opinionem quàm pro eius viribus, quam prius debellatam eſſe credebant: quòd ego illuc cum ſeptem curribus adii, cum quot priuatus antea nemo, quódque victor extiti & ſecundus & quartus, & in cæteris apparatu pro dignitate victoriæ vſus ſum: quæ iure honorifica ſunt, quæque dum fiunt, afferunt etiam potentiæ opinionem. Hæc magnificentiæ opera, aliáve quibus in ciuitate celebror, natura ſunt illa quidem conciuibus inuidioſa, apud hoſpites verò exteróſque, potentiæ ſpecimen. Neque verò incommodum eſt hoc hominis propoſitum, quiſquis ſuis ſumptibus non de ſeipſo tantùm, ſed etiam de ſua patria bene meretur. Neque verò improbum eſt, de ſe aliquem magnificè ſentientem nolle eſſe cæteris parem: quia neque infelix vllum habet calamitatis ſuæ ſocium: ſed quemadmodum, dum calamitoſi ſumus, ab aliis contemnimur, ita dum ſumus felices, ferant viciſſim iidem ſe à nobis contemni, dum erunt parem adepti ſtatum, parem vicem, ſi volent, repenſuri. Nec me fugit huius generis homines, & quicunque alia dignitate præcellunt, inuiſos fuiſſe maximè paribus & nonnihil aliis quoque cum quibus vnà vixerunt, id tamen ſuo duntaxat æuo: eoſdem autẽ id poſteritati reliquiſſe vt nõnulli cognationem eorum ſibi vendicarent, quũ nulla eſſet, & quæcunq; eſſet eorũ patria, ea de illis non tãquam alienis, & qui infeliciter pugnauiſſent, ſed vt de ſuis, & qui res præclaras geſſiſſent, gloriaretur. Quarum rerum ego quum deſiderio ſim captus, & quum ob priuata hæc ſim celebris, perpendite an publica negotia deterius vllo alio adminiſtrem. Etenim maxima quaque Peloponneſi potentia per me contracta, ſine veſtro magno aut periculo aut ſumptu, compuli Lacedæmonios vno die apud Mantineã de omni ſtatu ſuo dimicare: quo ex prælio licet victores diſceſſerint, tamẽ ne nũc quidem ſtabilem fiduciam conceperunt. Ac mea certè iuuentus & amentia, quam afferre natura videbatur apud potentiſſimos quoſque Peloponnenſium tum oratione appoſita hæc tranſigendo, tum etiam cum ira fidem illi *orationi* addendo, nunc quoque eam non timere perſuaſit. Verùm quandiu cum illa *amentia* ætate floreo, & Nicias felix in rebus gerendis eſſe videtur, vtroque noſtrum ad commoda veſtra pro arbitrio vtimini. Neque profectionem in Siciliam reuocandam putetis, tanquam ea aduerſus magnam potentiam futura ſit. Nanque vrbes illic ſunt promiſcuis hominibus frequẽtes, faciléque ſtatum ſuum mutant, & *peregrinos* recipiunt: vnde fit vt nec quiſquam, tanquam pro ſua patria, armis circa corpus inſtructus ſit, neque ipſa regio legitimo apparatu *inſtructa ſit*. & vnuſquiſque, quia opinatur ſe aut perſuaſurum quæ dicit, aut ſeditione orta, ſi ſe fruſtretur ſpes, cum aliquo peculatu ſolum eſſe verſurũ, ad hoc ipſum ſe accingit. Ex quo veriſimile eſt huiuſcemodi turbam neque vnanimi conſenſu verba orantis exaudituram, neque communiter ad res agendas ſe collaturam: ſed ſtatim, ſiquid ad voluptatem illis dicatur, ſe dedituram, præſertim ſi, quemadmodum audimus, ſeditione laborant. Neque verò tot armati milites ſunt illis quot fama feruntur, quum ne alios quidem Græcos tot fuiſſe compertum ſit quot ſuos eſſe illorum quique iactabant. Sed quum lõgè ſupra veritatem ſuorum *militum* numerum *antea* extulerit Græcia, vix tandem hoc in bello abundè armata fuit. Tales igitur ibi res, quantum ſentio ex iis quæ audiui, atque adeò faciliores erunt. Nam & barbaros multos nobiſcum habebimus, qui Syracuſanis ſibi inuiſis vnà inferent bellum: neque iſta erunt impedimento negotiis noſtris, ſi rectè conſulueritis. Siquidem noſtri progenitores quum hos ipſos hoſtes quibus relictis nos nauigaturos eſſe aiunt, prætereáque Medum hoſtem haberent, hoc imperium comparauerunt, nullo alio niſi quòd magnitudine claſſis pollebant, nec aliam ob rem Peloponnenſes, & nunc nunquam minus ſpei aduerſus nos conceperunt Lacedæmonii: quòd ſi etiam valde ſint animati, regionem quidem noſtrã, etiamſi nauali hanc expeditionẽ nõ ſuſcipiamus, inuadere poſſint: at claſſe nihil nobis nocere queant, quoniam reliquũ noſtrarum nauiũ par illis eſt. Quid igitur rationi conſentaneum afferemus cur nos ire pigeat, aut tergiuerſantes auxilium ſociis qui illic ſunt, ferre recuſemus, quibus debemus, quũ de ferendis ſuppetiis fidem mutuò dederimus: ac non obiicere, ne illos quidem nobis *auxilium tuliſſe*? Neque enim idcirco

eos asciuimus, vt huc ad ferendum nobis vicissim auxilium veniant, sed vt iis hostibus quos illic habemus, negotium facessentes, eos huc ad nos inuadendos venire prohibeant. Atque hunc in modum imperium parauimus, & nos, & quicunque alii rerum potiti sunt, impigrè succurrendo semper iis qui implorabant, siue barbari siue Græci vocati. Nam si supersedeamus opitulari, aut inter genera hominum quibúsnam opitulari oporteat delectum habeamus, parum augentes imperium, de ipso imperio magis hac ipsa re periclitabimur. Eum enim qui præualet, non modò inuadentem arcet quisque, sed etiam præoccupat, nequando inuadat. Neque verò nobis licet imperium pro nostro arbitrio dispensare: sed necesse est, quoniã imperium habemus, aliis insidias tendere, alios missos non facere, *quos videlicet iam aggredi cœpimus*, quòd periculum sit ne alii nobis imperent, nisi ipsi aliis imperemus. Neque eodem modo nobis habẽda est ratio quietis quo cæteris, nisi in eadem in quæ illi studia incumbamus. Considerantes igitur potius fore vt his *rebus* incrementum afferamus, si ad succurrendum *rebus* illis proficiscamur, nauigationẽ suscipiamus, vt & animos prosternamus Peloponnẽsium, si per contemptum *ipsorum* in Siciliam traiicere videbimur, nec gaudere quiete huius temporis. Simul autem, rebus illic bene gerendis, totius Græciæ (vt credibile est) imperium nanciscemur: aut certè (quod in nostram pariter & sociorum rem fuerit) malo afficiemus Syracusanos. Sine noxa autem & manendi, siqui *ad nos* deficiant, & abeundi facultatem naues præstabunt. nam penes nos arbitrium erit etiam omnium Siciliensium. Neque verò auocare vos à proposito debet oratio Niciæ quæ quietem suadet, dissidiúmque inter iuuenes & senes quærit: sed pulchro instituto, & maiorum nostrorum exemplo, apud quos iuuenes cum senibus consultantes, rem Athenienscm in hunc statum extulerunt, nunc eadem ratione vos vrbem amplificare conemini, existimantes iuuentutem senectutémque nihil alteram sine altera valere: at imbecillum & mediocre & quod planè absolutum est, maximè pollere, quum simul sunt permixta: ac fore vt ciuitas si sit in otio, in se ac per seipsam atteratur more aliarum rerum, & omnium *apud nos* disciplina conseneſcat: ac per certamina fore vt assiduè proficiat experientia, & tutandi se scientiam non loquendo, sed potius operibus, consuetam habeat. Ad summam sic sentio, ciuitatem negotiosam, in otium mutatam, confestim meo iudicio destrui, ac tutissimos inter omnes degere eos homines qui præsentibus moribus ac legibus, etiamsi minus bonæ sint, vtentes, eodem tenore rempublicam administrant.

NICIAE ORATIO.

ARGVMENTVM.

Nicias, cui nec bellum plebiscito decretum, nec imperium ad ipsum delatum placebat, quum se dissuadendo nihil proficere intelligeret, accessit de integro ad sententiam dicendam, qua decernendi apparatus in id bellum quam copiosissimi autor est, eo consilio, vt siue non probasset (quod malebat) populus rei difficultate deterritus consilium belli abiiceret: siue persuasisset, saluti suæ & imperio cautum esset, instructiórque ad res gerendas accederet. Causas suæ sentẽtiæ affert, hostium vires, locorum interualla, conditionem belli.

Ἐπειδὴ πάντως ὁρῶ ὑμᾶς, ὦ Ἀθηναῖοι, ὡρμημένους στρατεύειν, ξυνενέγκοι μὲν ζῶντα ὡς βουλόμεθα, ὅτῳ δὲ τῷ παρόντι ἃ γιγνώσκω σημανῶ. ὅτι γὰρ πόλεις (ὡς ἐγὼ ἀκοῇ αἰσθάνομαι) μέλλομεν ἴσεσθαι μεγάλας, καὶ οὐδ' ἐπὶ πολλοὺς ἀλλήλων, οὔτε δεομένους μεταβολῆς, ἢ ἂν ἐκ βιαίου τῆς δουλείας ἄσμενος ἐς ῥᾴω μεταστασιν χωροίη· οὐδὲ ἂν τῷδε ἀρχῶν τῷ ἡμετέραν εἰκότως αὐτ' ἐλθεῖν ἀφεῖσθαι δεξομένους. τό, τε πλῆθος ὡς ὂν μιᾷ νήσῳ πολλὰς ταῖς Ἑλλησίδας. πλὴν γὰρ Νάξου καὶ Κατάνης (αἷς ἐλπίζω ἡμῖν κατὰ τὸ Λεοντίνων ξυγγενὲς προσέσεσθαι) ἄλλαι εἰσὶν ἐπιθαλάσσιαι καὶ παρεσκευασμέναι τοῖς πᾶσιν ὁμοιοτρόπως μάλιστα τῇ ἡμετέρᾳ δυνάμει, ᾗ οὐχ ἥκιστα ὅτι αἱ μάλιστα πλοῦν πλέουσι, Σελινοῦς καὶ Συρακούσαι. πολλοὶ μὲν γὰρ ὁπλῖται ἔνεισι, καὶ ἵππος, καὶ ἀκόντισις, πολλαὶ δὲ τριήρεις, καὶ ὄχλος ὁ πληρώσων αὐτάς. χρήματά τ' ἔχουσι, τά μὲν ἴδια, τὰ δὲ καὶ ἐν τοῖς ἱεροῖς ὅσα Σελινουσίοις. Συρακουσίοις δὲ καὶ ἀπὸ βαρβάρων πολὺν ἀπαρχὴ εἰσφέρεται. ᾧ δὲ μάλιστα ἡμᾶς πρέσχισιν, ἵππος τε πολλοὶ κέκτηνται, καὶ σῖτῳ οἰκείῳ καὶ οὐκ ἐπακτῷ χρῶνται. πρὸς οὖν τοιαύτην δύναμιν οὐ ναυτικῆς καὶ φαύλης στρατιᾶς μόνον δεῖ, ἀλλὰ καὶ πεζὸν πολὺ ξυμπλεῖν, εἴπερ βουλόμεθα ἄξιόν τι τῆς διανοίας δρᾶν, καὶ μὴ ὑπὸ ἱππέων πολλῶν ἐλργεσθαι τῆς γῆς. ἄλλως τε καὶ εἰ ξυστῶσιν αἱ πόλεις, φοβηθεῖσαι, καὶ μὴ ἀνταφικώμεθα ἡμῖν φίλοι πρὸς ἡμῶν μηδὲ ἄλλοι ἢ ἐγ-

σαῖοι ὦ ἀμωμήμεθα ἱππικόν. αἰσχρὸν δὲ βιαθέντας ἀπελθεῖν, ἢ ὕστερον ὀλίγῳ μετὰ πέμπεσθαι, ὅπως ἂν ἀσκέπτως βουλευσαμένους. αὐτόθεν δὲ ὅπλα σκοπεῖν ἢ ἀξιόχρεω ὀλιγέναι, γιγνώσκοντας ὅτι πολύ τε ἀπὸ τῆς ἡμετέρας αὐτῶν μέλλουσι πλεῖν, καὶ οὐκ ἐν παρόμοιῳ στρατοπεδεύσονται. καὶ οὐκ ἐν, οἷς τῇδε ἐπιτήδειοι ξύμμαχοι ἦλθετε ὅτι πυνθάνεσθε, ὅθεν ῥᾴδιαι αἱ κομιδαὶ οὐκ ἀπὸ τῆς φιλίας ὧν προσέσται, ἀλλ' ἐς ἀλλοτρίαν πᾶσαν ἀπαρτήσαντες, ἐξ ἧς μηνῶν οὐδὲ ποταμῶν τὰ χείματα ἄγγελον ῥᾴδιον ἐλθεῖν. ὁπλίτας τε οὐ πολλοὺς μοι δοκεῖ χρῆναι ἡμᾶς ἄγειν καὶ ἡμῶν αὐτῶν καὶ τῶν ξυμμάχων, τῶν τε ἐπιτηδείων, καὶ ὧν πυνθάνομαι ἐκ Πελοποννήσου δυνώμεθα ἢ πεῖσαι, ἢ μισθῷ προσαγάγεσθαι· καὶ ἐξότας πολλοὺς καὶ σφενδονήτας, ὅπως πρὸς τὸ ἐκείνων ἱππικὸν αὐτέχωσι· ναυσί τε καὶ πολὺ πλεῖναι, ἵνα καὶ τὰ ὁπλιτήδεια ῥᾷον ἐσομιζώμεθα. τὸν δὲ καὶ αὐτόθεν σῖτον ὧν ὁλκάσι πυροὺς καὶ πέφυρμένας κριθὰς ἄγειν, καὶ σποποιοὺς ἐκ τῶν μυλώνων πρὸς μέρος ὠᾶς καθ' ἡμέρας ἐμμάδους, ἵνα ὅπου ἂν ἀπόλοιτο ἐπολαμβάνωμεθα, ἔχη ἡ στρατιὰ τὰ ὁπλιτήδεια. πολλὴ γὰρ οὖσα, ὡς πάσης ἔστιν πόλεως ὑποδέξασθαι τά τε ἄλλα, ὅσων δέονται ἐπιμάσασθαι, καὶ μὴ ὅπῃ ἑτέροις μέλλεσθαι μάλιστα δὲ χρήματα αὐτόθεν ὡς πλεῖστα ἔχειν. τὰ δὲ παρ' Ἐγεσταίων, ἃ λέγετε ἐκεῖ ἕτοιμα, νομίσατε καὶ λόγῳ αὖ μάλιστα ἕτοιμα εἶναι. ὧν γὰρ αὐτοὶ ἐλάττω μὲν ὑπάρξει μόνον πολεμήσασθαι, πλείω γε πρὸς τὸ μάχιμον αὐτῶν τὸ ὁπλιτικόν, ἀλλὰ καὶ ὑπερβάλλοντες τοῖς πᾶσι, μόλις οὕτως οἷοί τε ἐσόμεθα τῶν μὲν κρατεῖν, τὰ δὲ καὶ δι' ἀσπίδων. πόλιν τε νομίσαι χρὴ οὐ ἀλλοφύλοις καὶ πολεμίοις οἰκειοῦντας ἔρχεσθαι, οἷς πρέπει τὴν πρώτην ἡμέραν ἢ ἂν κατάσχωσιν, ἀνδρῶν κρατεῖν τῆς γῆς· ἢ εἰδέναι ὅτι ἐν σφάλλονται, πάντα πολέμια ἔξουσιν. ὅθεν ἐγὼ φοβοῦμαι, καὶ εἰδὼς πολλὰ μὲν ἡμᾶς δέον δὴ βουλεύσασθαι, ἐπὶ δὲ πλείω ἀπορήσαι (χαλεπὸν δὲ ἀνθρώπους ὄντας) ὅπῃ ἐλάσσω τῇ τύχῃ πρόσεσθαι ἐμαυτόν, βούλομαι ἐκπλεῖν, πανσκοπῶν δὲ ἀπὸ τῶν εἰκότων ἀσφαλὴς ἐκπλοῦσαι. σῴζεται γὰρ τῇ τε ξυμπάσῃ πολὺ βεβαιότατα ἡ στρατιά, καὶ ἡμῶν τοῖς στρατοπεδευομένοις σωτήρια. εἰ δέ τῳ ἄλλως δοκεῖ, παρεὶς ἐμαυτὸν τῷ ἐρχέσθω.

EADEM LATINE, EX INTERPRETATIONE Laurentii Vallæ, ab Henrico Stephano nonnullis in locis recognita.

QVoniam vos ad hanc militiam obeundam, Athenienſes, prorſus animatos video, *vtinam* quidem is ſit eius exitus qualem optamus: ſed in præſentia ſententiam meam vobis exponam. Etenim aduerſus ciuitates, quantum audiendo didici, magnas ituri ſumus, neque aliam alii obtemperantes, neque tales quæ aut ſtatus mutationem deſiderent, (illi optabilem quæ violenta è ſeruitute in faciliorem cõditionem tranſiret) aut quas veriſimile ſit ſeruitium noſtri cum ſua libertate commutaturas: itémque aduerſus permultas, vt in vna inſula, Græcas *inſulas*. Nam præter Naxũ & Catanam, (quas propter Leontinorum cognationem, ſpero ad nos conceſſuras) aliæ ſunt numero ſeptẽ ciuitates, omnibus rebus inſtructæ quibus noſter exercitus, eodémque modo, & præcipuè illæ aduerſus quas tendimus Selinus & Syracuſæ. Vbi per quam multi ſunt & armati & ſagittarii, & iaculatores: vbi quoque permultũ eſt triremium, ac multitudinis ad illas implendas, ſuppetítque pecunia cum aliis priuatim, tum Selinuntiis, in templis. Tributa quoque Syracuſanis penduntur à barbaris quibuſdam. Et (quo nobis præcipuè præſtant) equorum copia prædíti ſunt, nec aduectitio frumento vtuntur, ſed vernaculo. Aduerſus hanc itaque potentiã opus eſt nõ claſſe modò & imbecilli exercitu, ſed vt peditatus quoq; multus vnà traiiciat, ſiquid dignum cogitatis agere volumus, nec equitatu hoſtiũ arceri à terra: præſertim ſi metu noſtri conſpirent inter ſe ciuitates, nec vlli alii quàm Egeſtani, amici facti, equitatũ quo reſiſtamus nobis viciſſim ſuppeditent. Turpe eſt autem vi eiectos nos diſcedere, aut poſtea plus copiarum accerſere, quòd primò prudens conſilium non inierimus. Satiúſq; iã nunc cũ iuſto apparatu in hoſtem contẽdere, gnaros & lõgè nos à domo nauigaturos, neq; æquo in loco caſtra habituros, nec per aliqua ſubditorũ noſtrorũ loca tranſituros, vnde facilè ire liceat ad ſumenda quæ opus fuerint ex terra amicorum, ſed omne iter emẽſuros per imperium alienum, vt vix illinc quatuor hybernis menſibus perueniat nuntius. Quapropter mihi videtur debere vos ducere magnam vim armatorum, tum noſtratum, tum ſociorũ, tum ſubditorum: & ſiquem ex Peloponneſo poſſumus aut ſuadendo, aut mercede inducere. Adhæc ſagittarios multos & funditores, vt hoſtili equitatui obſiſtant: præterea multo pluribus abundare nauibus, vt etiam ad ſubuehenda neceſſaria facilè ſuppeditent: onerariiſque rem frumentariam hinc portare, triticum & hordeum toſtum: ac piſtores, quorum pars molere cogatur, vt ſicubi deprehendamur nauigare prohibiti, habeat exercitus neceſſaria. cuius etiam propter multitudinem ne vrbs quidem quælibet erit capax. denique cætera omnia quoad fieri poteſt, præparare: neque ab aliis pen-

VEneramus quidem ad renouandam priſtinam inter nos & vos, Camarinæi, ſocietatem: ſed quoniam Syracuſanus nos inceſſit, neceſſarium eſt etiam de imperio noſtro verba facere, qua ratione illud meritò obtineamus. Atque huius rei vel maximè iſte teſtimonium perhibet, qui dixit Iones ſemper Doribus extitiſſe hoſtes. Sed ita res ſe habet. nos enim, quum ſimus Iones, Peloponnenſes autem Dores, iidémque & plures nobis & accolæ, dedimus operā vt illis minimè obediremus: & poſt Medicū bellum, quum claſſem haberemus, à Lacedæmoniorum imperio ac principatu nos exemimus, arbitrantes nihilo magis conuenire vt illi nobis quàm vt nos illis imperaremus, niſi quatenus potentiores nobis tum temporis erant. Iidem nos omnium *Græcorum* qui prius regi paruerant, principes conſtituti, *noſtra* incolimus exiſtimantes ſic minimè nos Peloponnenſibus obnoxios futuros, ſi habeamus potentiam qua vim propulſemus. Atque (vt vera loquamur) non iniuria in noſtram redegimus poteſtatem Iones atque inſulanos: quos etſi cognatos noſtros, tamē à nobis in ſeruitutem redactos aiunt Syracuſani. Quippe venerant cum Medo aduerſus nos metropolin ſuam, nō auſi, vbi defeciſſent *à nobis*, profligare res domeſticas, ſicut nos, vrbe relicta: ſed maluerūt & ipſi ſeruire, & nobis ſeruitutem inducere. Propter quæ digni ſumus qui imperemus, & quòd plus nauium quàm cæteræ, plúſque animorum, ſine vlla tergiuerſatione, præſtitimus pro Græcia, quódq; ab iſtis hoc idem enixè præſtantibus Medo, læſi fuimus. Et ſuper hæc, quū vires aduerſus Peloponnenſes optemus, neq; alterius auſpicia ſequi, iure optimo ſperamus, vt qui vel ſoli profligauimus barbarū, vel pro libertate iſtorū, magis quàm pro vniuerſorum ac noſtra ipſorum, pericula adiuimus. Minimè autem inuidioſum eſt quenquam ſuæ ipſius ſaluti conſulere. Et nunc adeo, quum etiā huc ad cōparādū nobis præſidiū venerimus, hæc vobis quoq; expedire cernimus. Quod tum ex iſtorum *in nos* criminationibus, tū veſtris potiſſimùm cū vehemētiore metu cōiunctis ſuſpicionibus, arguimus: quippe qui ſciamus, eos qui ob aliquam ſuſpicionem metu percelluntur, protinus quidem orationis illecebris capi, ſed poſtea in re aggrediend-,

UNED

ſuorum commodorum rationem habere. Etenim nos illic imperium ob metum tenere memorauimus,& eadem de cauſa veniſſe huc vt cum amicis res hîc tutò conſtituamus, non vt in ſeruitutem redigamus, imò potius vt, ne hoc patiantur, prohibeamus. Neque opinetur quiſpiam nos curam veſtri,quæ nihil ad nos attineat, gerere, quum ſciat,ſtatu veſtro incolumi,& dum non eſtis ad reſiſtendum Syracuſanis impares, minus noceri nobis poſſe à Peloponnenſibus,ad quos minus copiarum Syracuſani ſubmittant. Quod quum ita ſit,ad nos attinetis vel maximé. Quocirca Leontinos quoque ſuæ ciuitati reſtituere conſentaneum eſt, non *tanquam* imperio *noſtro* ſubditos,ſicut eorum cognatos qui apud Euboeam ſunt, ſed tanquam potentiſſimos: vt è ſua regione cõtermina negotiũ his noſtro nomine faceſſant. Illic enim per nos ipſi ſufficimus ad hoſtem propulſandum. Et Chalcidenſes,(quos quia ſubegimus, Syracuſanus hic ait abſurdè nos velle eos qui hîc ſunt aſſerere in libertatem) vtiles nobis erunt, nullo bellico apparatu inſtructi,tantùm pecuniam pendentes. Vtiles item qui apud Siciliam ſunt Leontini,ac cæteri amici quamplurimi potuerunt à nobis aſſeri in libertatem. Viro autem tyrannidem,aut ciuitati principatum obtinenti,nihil à ratione alienũ eſt quod vtile ſit:nihil proprium,quod non idem fidum ſit. Atque omnibus in rebus, vel amicum,vel aduerſarium fieri oportet ex temporis commoditate. Et nobis commodum eſt hoc loco non vt amicis noceamus,ſed vt per amicorum potentiam inualidi reddantur inimici. Quod non debet apud vos carere fide. nam ſociis illic noſtris ita imperamus prout quiſq; nobis eſt vtilis: Chiis & Methymnæis,vt claſſem præbeãt,cætera vt liberi ſint:multis,vt maiorem pecuniam ſoluant: aliis, vt liberi omnino ſocii ſint,tametſi inſulani ſint,& prædæ opportuni, quia Peloponneſo adiacent in locis ad occaſionem expoſitis. Ex quo credibile eſt,quod facimus hîc quoque,ad vtilitatem ſpectare. Atque hoc quod dicimus, pertinet ad inferendũ terrorem Syracuſanis, qui vobis dominari affectant,imò toti Siciliæ:idque obtinere aut vi, aut veſtra ſolitudine, ſi nos reinfecta redierimus,à quibus illi vos, tanquam ſuſpectis, abducere volunt. quod euenire neceſſe eſt ſi vos ad eos tranſieritis. Nam neque nobis facultas erit amplius parandi tantum copiarum, neque iſti inualidi contra vos erunt, nobis abſentibus. Hoc ſicui non videatur,res ipſa arguit. Siquidem quum primùm nos adiſtis, hortatíque eſtis,nullum alium metum allegaſtis,niſi fore vt, ſi neglexiſſemus vos in Syracuſanorum venire poteſtatem,ipſi periculum adiremus. Quo minus decet nunc, qua ratione poſtulaſtis vt inducemur,eadem vos induci nolle,&hoc quòd aduerſus iſtorum vim validiore cum claſſe adſumus, in ſuſpicionem vocare, quum potius de iſtis diffidere debeatis. Nos enim, niſi vobiſcum, ne manere quidem hîc poſſumus: quòd ſi etiam mali effecti res nobis ſubiiceremus, inualidi ad eas retinendas eſſemus, tum longitudine nauigationis, tum difficultate cuſtodiendi vrbes & magnas alioqui & mediterraneis copiis ſubnixas. At iſti non exercitu, ſed (quod maius noſtro exercitu eſt) ſuo populo,quum ſint finitimi veſtri,inſidiantur vobis aſſiduè, & quancunque ſibi oblatam occaſionem non omittent. Id quod iam declararunt cum erga alios,tum verò erga Leontinos:& nunc *declarant,quum* audent contra eos à quibus hæc facere prohibẽtur, & qui ad hunc vſque diem Siciliam tuentur ne illorum imperio ſubiiciatur, vos hortari,velut amentes. At nos è contrario ad multo veriorem ſalutem exhortamur,orantes ne mutuam vtriſque noſtrum *vtilitatem* prodatis, ſed exiſtimetis, ſemper iſtis in vos,etiam citra ſociorum auxilia, propter populi multitudinem, eſſe viam expeditam, vobis verò non ſæpe futuram facultatem cum tot auxiliariibus copiis eos arcendi:quas ſi aut ob ſuſpicionem,infecto negotio, aut accepta calamitate ſinetis abſcedere, optabitis profectò aliquando earum vel minimam videre partem, quum eius aduentus nullo amplius adiumento vobis eſſe poterit. Sed ne criminationibus iſtorum aut vos Camarinæi, aut alii fidem habeant. Expoſita autem omni cur ſuſpecti ſimus veritate, ſummatim etiam in memoriam veſtram redigentes *quæ dicta ſint*, poſtulabimus vt iis acquieſcatis. Non enim negamus nos quidem aliquot circa populis imperitare, ne nobis alius imperitet: ſed tamen adeſſe ad Sicilienſes ſeruitio eximendos,nequid ab eis lædamur:& quo plura ſunt à quibus cauere nos oportet, eò ad plura facien[illegible]a cogi: & ſocios tũ antea tum verò nunc veniſſe iis veſtrum,quibus inferebatur

iniuria, nõ ſponte noſtra, ſed vocatu veſtro. Quos nequaquam vos, tanquam facti iudices aut cenſores rerum à nobis geſtarum, (quod iam difficile factu eſt) reuocare tentetis. Sed quatenus inſtitutum noſtrum & multarum rerum aggreſſio conducunt, eatenus in vſum veſtrum aſſumatis, exiſtimetiſque non omnibus peræquè iſta officere, ſed multo pluribus Græcorum *non modò non officere, ſed etiam* prodeſſe. In omni enim loco, etiam vbi non imperamus, & is qui ſibi ab iniuria timet, & is qui inſidiatur, quòd in promptu ſit ſpes, illi quidem, fore vt viciſſim auxilio noſtro defendatur, huic verò, fore vt, ſi venerimus, metu periculi non vacet: ambo coguntur, hic quidem, ſi quietus ſe continere, ille autem, nullo cum labore ſalutem conſequi. Hoc igitur præſidium omnibus qui eo indigent commune eſt, & vobis nunc adeſt, ne repudietis: ſed vſi pari iure ac cæteri *homines*, iuncti nobiſcum, reddite vices Syracuſanis: &, ne ſemper ab eis caueatis, aliquando vos ipſis inſidias tendite.

ORATIO ALCIBIADIS.

ARGVMENTVM.

Alcibiades Athenis profugus Lacedæmonem ſe contulit. Venerãt eodem legati Syracuſanorum & cum his Corinthiorum, vtrique poſtulaturi vt claſſis in Siciliam ad Syracuſarum & totius Siciliæ defenſionem mitteretur. Productus in cõcionẽ Alcibiades, ſuaſit eadem quæ legati, ibique hãc orationem, ardens vindicta in Athenienſes, habuit. Cuius principium collatũ eſt ad auertendam antè actæ vitæ inuidiã, & præſentẽ fraudulenti animi ſuſpicionem. Reliqua oratione Athenienſium conſilia aperit, qui particeps eorum fuiſſet, omniáque optimè noſſet. Quid facto opus ſit, & quid Lacedæmoniis ſociiſque expediat, oſtendit, & quemadmodum dominatus Athenienſium infringi atque adeo opprimi poſſit.

Ἀ Ναγκαῖον μοι τῆς ἐμῆς διαβολῆς πρῶτον πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν, ἵνα μὴ χεῖρον τὰ κοινὰ τῷ ὑποπτεύειν μου ἀκροάσησθε. πολλῶν δ' ἡμῖν πρόγονον τὸν πρὸς ἐμοῦ ξενίαν ὑμῶν κατὰ πόλεμον ἀπειπόντων, αὐτὸς ἐγὼ πάλιν αὐτοὺς μεταπεμψάμενος, ἐπεθεράπευον ὑμᾶς, ἀλλά τε καὶ πρὸς τὸν ἐν Πύλῳ ξυμφορὰν. καὶ διαπολεμοῦντός μου πρὸς ὑμᾶς, ὑμεῖς πρὸς Ἀθηναίους καταλλασσόμενοι, τοῖς μὲν ἐμοῖς ἐχθροῖς δυνάμιν δι' ἐκείνων παρέξαντες, ἐμοὶ δὲ ἀτιμίαν προσέθετε. καὶ διὰ ταῦτα δικαίως ἂν ἐμοῦ, πρός τε τὰ Μαντινέων καὶ Ἀργείων πραπραμένου, καὶ ὅσα ἄλλα ἰωνανπούμιν ὑμῖν, ἐβλάπτεσθε. καὶ νῦν εἴθις καὶ τότε ὀργῇ παθεῖν οὐκ εἰκότως ὠργίζετό μοι, μετὰ τοῦ ἀληθοῦς σκοπῶν αἰσχίω δέδω' ἢ εἶπε, διόπερ καὶ τῷ δήμῳ προσεκείμην μᾶλλον, χείρω με ὑπόμιζε, μηδ' οὕτως ἡγήσηται ὀρθῶς ἄχθεσθαι. τοῖς γὰρ πυθέννοις ἀεί ποτε διαφοροί ἐσμεν, πᾶν δὲ τὸ ἀναπούμενον τῷ δυναστεύοντι, δῆμος ὠνόμασαι· καὶ ἀπ' ἐκείνου ξυμπαρέμενεν ἡ προσασία ἡμῖν τοῖς πλήθοις. ἅμα δὲ καὶ τῆς πόλεως δημοκρατουμένης, τὰ πολλὰ ἀνάγκη ὧν τοῖς παροῦσιν ἐπεσθαι. τῆς δὲ ὑπαρχούσης ἀκολασίας, ἐπειρώμεθα μετειώτεροι ἐς τὰ πολιτικὰ εἶ). ἄλλοι δ' ἦσαν καὶ ὅπερ πρὸ πάλαι καὶ νῦν, οἱ ὅπερ τὰ πονηρότερα ἐξῆγον τὸν ὄχλον· οἵπερ καὶ ἐμὲ ἐξήλασαν. ἡμεῖς δὲ τοῦ ξύμπαντος προέσημεν, δικαιοῦντες, ὧν ᾧ χρήματα μεγίστη ἡ πόλις ἐτύγχανε καὶ ἐλευθεροτάτη οὖσα, καὶ ὅπερ ἐδέξατό τις, τοῦτο ξυνδιασώζειν. ἐπεὶ δημοκρατίαν γε καὶ ἐγὼ νομίζομεν οἱ φρονοῦντές π, καὶ αὐτὸς οὐδενὸς ἂν χεῖρον, ὅσον καὶ λοιδορήσαιμι. ἀλλὰ περὶ ὁμολογουμένης ἀνοίας οὐδὲν ἂν καινὸν λέγοιτο· καὶ τὸ μεταστῆναι αὐτῷ, οὐκ ἐδόκει ἡμῖν ἀσφαλὲς εἶ), ὑμῶν πολεμίων προσκαημένων. καὶ τὰ μὲν ἐς τὰς ἐμὰς διαβολὰς τοιαῦτα ξυνέβη. περὶ δὲ ὧν ὑμῖν τε βουλευτέον, καὶ ἐμοί, εἴπ πλέον οἶδα, εἰσηγητέον, μάθετε ἤδη. ἐπλεύσαμεν ἐς Σικελίαν, πρῶτον μὲν, εἰ δυναίμεθα, Σικελιώτας καταστρεψόμενοι, μετὰ δ' ἐκείνους αὖθις καὶ Ἰταλιώτας· ἔπειτα καὶ τῆς Καρχηδονίων ἀρχῆς καὶ αὐτῆς ἐπιθησόμενοι. εἰ δὲ πρόχωρήσαιμεν τούτοις, ἢ παῦτα, ἢ καὶ τὰ πλείω, ἤδη τῇ Πελοποννήσῳ ἐμέλλομεν ἐπιχειρήσειν, κομίσαντες ξύμπασαν μὲν τὴν ἐκεῖθεν προσγιγνομένην δύναμιν τῶν Ἑλλήνων, πολλοὺς δὲ βαρβάρους μισθοφόρους, καὶ Ἴβηρας, καὶ ἄλλους τῶν ἐκεῖ ὁμολογουμένως νῦν βαρβάρων μαχιμωτάτους· πειρῆς τε πρὸς τῆς ἡμετέρας πολλὰς ναυπηγησάμενοι, ἐχούσης τῆς Ἰταλίας ξύλα ἄφθονα, οἷς τὴν Πελοπόννησον περιέξ πολιορκοῦντες, καὶ τῷ πεζῷ ἅμα ἐκ γῆς ἀφορμᾶς, τῶν πόλεων τὰς μὲν βίᾳ λαβόντες, ταῖς δ' ὑπειχσάμενοι, ῥᾳδίως ἠλπίζομεν καταπολεμήσειν, καὶ μετὰ ταῦτα καὶ τοῦ ξύμπαντος Ἑλληνικοῦ ἄρξειν. χρήματα δὲ καὶ ὅπῃ, ὥστε ἀμφοτέρωθεν γίγνεσθαί πια αὐτῷ, αὐτὰ τὰ προσγιγνόμενα ἐκεῖθεν χωρία ἔμελλε διαρκῆ αὐτῷ τῆς ὁδοῦ παρέξειν. τοιαῦτα μὲν τοῦ νῦν οἰχομένου τόλου πρὸ τοῦ τὰ ἀκριβέστατα εἰδότες, ὡς διενοήθημεν, ἀκηκόατε. καὶ ὅσοι ὑπόλοιποι στρατηγοί, ἴσως διώκονται, ὁμοίως αὐτὰ προξοισιν. ὡς δὲ εἰ μὴ βοηθήσετε οὐ πρέσσει ἐκεῖ, μάθετε ἤδη. Σικελιῶται γὰρ ἀπειρόπροι μὲν εἰσιν, ὅμως δ' ἂν ξυραφέντες ἀθρόοι, καὶ νῦν ἐπεξεγένοιντο. Συρακούσιοι δὲ μόνοι, μάχιμοί τε ἤδη πεζομεῖοί πάσημῶν, καὶ ναυσὶν ἅμα καπειρόμενοι, ἀδύνατοι ἔσονται τῇ νῦν Ἀθηναίων ἐκεῖ παρασκευῇ αὐτοχεῖν. καὶ εἰ αὐτὴ ἡ πόλις ληφθήσεται, ἔχετε καὶ ἡ πᾶσα Σικελία, καὶ ἄνδρὸς καὶ Ἰταλία· καὶ οὐ δέπ κίνδυνον ἐκεῖθεν προσεῖπον, οὐκ ἂν δι' μακροῦ ὑμῖν ὀπτέσοι. ὥστε μὴ περὶ τῆς Σικελίας πὶς οἰέσθω μόνον βουλεύειν, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς Πελοποννήσου, εἰ μὴ πίπησθε τάδε ὑπ' ἐκεῖσε οἱπνες αὐτερέται κομισθέντες, καὶ ὁπλιτεύοισιν ἀνδύς· καὶ ὁ τῆς γραπαῖς ἔπ χρησιμώτερον εἶ) νεμίζω, αὖ-

δρα σπαρπάτην ἄρχοντα, ὡς αὖ τοὺς τε παρόντας ξυμπάξῃ, καὶ τοῖς μὴ ἐθέλοντας προσαναλάβοιμι. οὕτω γὰρ οἵ τε ὑπάρχοντες ὑμῖν φίλοι βεβαιόσοισι μᾶλλον, καὶ οἱ ἐνδοιάζοντες, αἰδὲ ἕτερον πρόσεισι. καὶ τὰ ἐνθάδε χρὴ ἅμα φανερώτερον ἐκπολεμεῖν, ἵνα συρακούσιοί τε, νομίζοντες ὑμᾶς ὀλίγα μελεῖσθαι, μᾶλλον αὐτέχωσι, καὶ Ἀθηναῖοι τοῖς ἑαυτῶν ἧσσον ἄλλην ὀλιγωρίαν πίμπωσι. πειρίζειν δὲ χρὴ Δεκέλειαν τῆς Ἀττικῆς, ὅθεν Ἀθηναῖοι μάλιστα ἀεὶ φοβοῦνται, καὶ ὃ μόνον αὐτοὶ νομίζουσι πρὸς ἐν τῷ πολέμῳ οὐ διαπεπρᾶχθαι, βεβαιότατα δὴ αὖτις οὕτω τοῖς πολεμίοις καὶ ἃ μάλιστα δεδιότας αὐτοὺς αἰσθάνοιτο, ταῦτα σαφῶς πιστευόμενος ὀλιγίστου. εἰκὸς γὰρ αὐτοὺς ἀκριβέστατα ἑκάστου τὰ σφέτερα αὐτῶν δεινὰ ὀλιγαμβύοις φοβεῖσθαι. ἃ δὴ ἐν τῇ ὀλιγίστῃ αὐτοὶ ὠφελοῦμεν τοὺς ἐναντίους κωλύσετε, πολλὰ παρεὶς, τὰ μέγιστα κεφαλαιώσω. οἷς τε γὰρ ἡμᾶς ἐκπεσεῖν ἐποίησε κατασκευάσας, τὰ πολλὰ πρὸς ὑμᾶς, ταῦτα μὲν, ληφθέντα, ταῦτ' ἤδη, αὐτόματα ἥξει, καὶ ταῖς τῶν Λαυρείου ἀργυρείοις μετάλλοις προσόδους, ἃς ὅσα ἀπὸ γῆς καὶ δικαστηρίων ναῦς ὠφελοῦσι, διὰ τοὺς ἀποστερήσονται. μάλιστα δὲ τὰ ἀπὸ τῶν ξυμμάχων προσόδου ἧσσον διαφορουμένης, οἷς τὰ παρ' ὑμῶν νομίσαντες ἤδη καὶ τὰ κράτος πολεμεῖσθαι, ὀλιγωρήσουσι. γίγνεσθαι δὲ τὰ αὐτὰ καὶ ἐν ταύτῃ καὶ προθυμότερον, ἐν ὑμῶν ὄντων, ὦ Λακεδαιμόνιοι. ἐπεὶ ὥς γε λόγῳ τε, καὶ οὐχ ἁμαρτήσεσθαι οἶμαι γνώμης, πάνυ θαρσῶν οὐδενὶ ἀξίῳ δοκεῖν ὑμῶν εἶναι), εἰ τῇ ἐμαυτοῦ μετὰ τῶν πολεμιωτάτων, φιλόπολις ποτὲ δοκῶν εἶναι), νεῶν ἐγκρατῶς ἐπέρχομαι· ὥδε ἐπιθυμεῖσθαί μου εἰς τὸ φυγαδικὸν προθυμίαν τὸν λόγον. φυγάς τε δὴ εἰμι τῶν ἐλαστόντων πονηρίας, καὶ οὐ τῆς ὑμετέρας, ἵν' πείθηδέ μοι, ὠφελείας. καὶ πολεμιώτερος οὐχ οἱ τοῖς πολεμίοις ποιοῦντες ὑμεῖς, ἢ οἱ τοῖς φίλοις ἀναγκάσαντες πολεμίοις χρῆσθαι. τό τε φιλόπολις, οὐκ ἐν ᾧ ἀδικοῦμαι ἔχω, ἀλλ' ἐν ᾧ ἀσφαλῶς ἐπολιτεύθην. οὐδὲ ὅτι πατρίδα ἔσαν ἐπηγούμην ἔναι, πολὺ δὲ μᾶλλον τιμῶν οὐκ οὖσαν ἀνακτᾶσθαι. καὶ φιλόπολις ὀρθῶς, οὐχ ὃς ἂν τιμῶν ἑαυτὸν ἀδίκως ἀπολέσας μὴ ὀργίζῃ, ἀλλ' ὃς ἂν ὁπωστοῦν, διὰ τὸ ὀλιγυμεῖν, πειρασθῇ αὐτὸν ἀναλαβεῖν. οὕτως ἐμοιγε ἀξιῶ ὑμᾶς καὶ ἐς κίνδυνον καὶ ἐς ναυπηρείαν πᾶσαν ἀδεῶς χρῆσθαι, ὦ Λακεδαιμόνιοι, γιγνόντας τοῦτον δὴ τὸν ὑφ' ἁπάντων προβαλλόμενον λόγον, ὡς εἰ πολεμίους γε ὧν σφόδρα ἔβλαπτον, καὶ ἂν φίλους ὢν, ἱκανῶς ὠφελοίμην, ὅσῳ τὰ μὲν Ἀθηναίων οἶδα, τὰ δ' ὑμέτερα εἰκάζων. καὶ αὖτις νῦν νομίσαντας προβεβουλεῦσθαι, μὴ ἀποκνεῖν τὸν ἐς τὴν Σικελίαν τε καὶ ἐς τὴν Ἀττικὴν πρᾶξιν· ἵνα τά τε ἐκεῖ βεβαιοῦ μᾶλλον ξυμπροσχωρήσωμεν, μεγάλα σώσητε, καὶ Ἀθηναίων τὸν τε οὖσαν καὶ τὴν μέλλουσαν δύναμιν καθέλητε, καὶ μετὰ τοῦτα αὐτοί τε ἀσφαλῶς οἰκῆτε, καὶ τῆς ἁπάσης Ἑλλάδος ἑκούσης καὶ οὐ βίᾳ, κατ' εὔνοιαν δὲ ἡγήσησθε.

EADEM LATINE, EX INTERPRETATIONE Laurentii Vallæ, ab Henrico Stephano nonnullis in locis recognita.

NEceſſarium mihi eſt ante omnia de mea criminatione apud vos verba facere, ne ſuſpectum habentes me, quum de republica loquor, non libenter audiatis. Quũ mei progenitores propter accuſationem quãdam hoſpitium veſtræ ciuitatis repudiaſſent, ipſe rurſus illud inſtauraui: coluíque vos cum aliis rebus, tum verò circa cladem quam ad Pylum accepiſtis. Atq; in hoc erga vos affectu quum ego perſeuerarem, vos reconciliati cum Athenienſibus, per eos inimicis quidem meis potentiam, mihi verò ignominiam attuliſtis. Propter quæ ad partes Mantineorum Argiuorúmque non immeritò trãſgreſſus, atque hoſtis factus, vobis quoquomodo nocui. Quòd ſiquis tũc dum damnum acciperet, immeritò mihi iraſcebatur, nunc *rem* ad veritatem examinans, de ſententia deducatur. Item, ſiquis, quòd factionem popularem ſectatus ſum potius, de me peius ſentiat, ne hic quidem ſe rectè mihi ſuccenſuiſſe exiſtimet. Semper enim tyrannis fuimus infeſti. quicquid autem imperitanti aduerſatur, id populus nominatur: atque hinc penes nos populare imperium permanſit, & ſtatu populari vigente, plerunque neceſſe nobis fuit rebus præſentibus obſequi. In adminiſtrandis tamẽ reip. negotiis maiorem quàm pro ſuperioris temporis licentia moderationem adhibere ſumus conati: quum non defuiſſent tam ſuperiore quàm noſtra memoria qui plebem in deteriora deducerent, qui & me eiecerunt. Nos autem, dum vniuerſæ *plebi* præfuimus, æquum eſſe cenſuimus, in quo ſtatu ampliſſima & maximè libera ciuitas eſſet, & quẽ quis accepiſſet, ad eundẽ conſeruandũ eniti. Nam popularem ſtatum cum omnes qui aliquid ſapiebamus, cognitum habebamus, tum verò ipſe, quo maiore iniuria affectus ſum, eo magis vitupero: nequid de conceſſa eius amentia dicatur. Hunc autem ſtatum non videbatur tutũ nobis immutare, dum à vobis hoſtibus obſideremur. Hactenus de iis quæ mihi inuidiã cõflauerunt. Nunc quod ad ea pertinet de quibus vobis deliberandũ, & ſiquid quod magis ego compertum quàm vos habeam, commemorãdũ eſt, cognoſcite. In Siciliam eo animo traiecimus vt Sicilienſes primùm, ſi poſſemus, in noſtram poteſtatem redigeremus, mox deinde Italicos: tum vt Carthaginenſium ſo

ciis atque ipsis etiam Carthaginensibus imperare tentaremus. Quæ si procederent, aut omnia, aut pleraque, tum verò Peloponnesum aggrederemur, assumptis illinc vniuersis Græcorum copiis, multísque barbarorum mercede conductis, & Iberis, & aliis illic cunctorum qui nunc sunt barbarorum sine controuersia pugnacissimis: ædificatis etiã permultis triremibus præter nostras, (affatim materiæ habente Italia) quibus Peloponnesum circunsideremus: quam peditatu pariter à terra inuadentes, vrbium alias vi expugnando, alias circunuallando, facilè nos debellaturos, & mox omnis Græciæ imperio potituros sperabamus. Pecuniam verò & rem frumentariam ad hæc commodius transigenda, eadem illa oppida nobis adiuncta suppeditatura erant, præter eos prouentus qui hinc exigerentur. Quæ ad classem quæ modò profecta est pertinent, audistis ex homine qui quæ cogitaueramus, exploratissima habet: quæ *etsi ego discesserim illinc, tamen* à reliquis imperatoribus itidẽ conficientur, si *illi* poterũt. Huic autẽ rei nisi occurratis, res ibi saluas nõ fore iam discite. Etenim Sicilienses, homines imperiti illi quidem sunt rei militaris, tamẽ si conueniant, frequentésq; bellũ meant, nunc quoq; superiores fuerint. Verùm soli Syracusani, qui & vniuersi iam in acie victi sunt, & à nauigando cohibentur, impares erunt exercitui qui nunc est illic Athenienssium: quæ vrbs si capiatur, reliqua quoque Sicilia occupabitur, mox & Italia. Atq; hoc quod modò prædixi illinc *vobis impendere* periculum, non diu abierit quin in vos decidat. Nemo itaque de Sicilia solùm, verumetiam de Peloponneso consultare se putet, nisi properè hæc exequuti fueritis: talémque illuc classem miseritis vt iidem remiges sint, & mox milites, & (quod ipso hoc exercitu magis expedire opinor) virum Spartiatam pro imperatore, qui & præsentes in officio teneat, & recusantes adesse cõpellat. Sic enim & qui vobis amici sunt, plus fiduciæ habebunt: & qui animo nutant, minus timidè accedent. Et quod ad hæc loca pertinet, debetis ex iis apertius bellum Athenienssibus inferre, vt Syracusani, sentiẽtes curam vos sui gerere, resistant magis, & Athenienses minus alia auxilia suis mittant. Quinetiam Deceleam Atticæ muro cingere: quod Athenienses semper præcipuè formidant, quódque solum rentur in bello se non esse expertos. Et sanè quis ita maximo damno hostes afficiat, si quæ illi maximè reformidãt, hæc ipse vbi planè explorarit, inferat. Credibile enim est vnumquenque quæ sibi periculosa sunt, ea & scire præcipuè & timere. Quãtopere autem ex hac muri extructione vobis vtiles, aduersariis autem impedimento futuri sitis, vt multa omittam, ea quæ maxima sunt, summatim dicam. Ea enim quibus regio illa instructa est, magna ex parte ad vos partim intercepta, partim sponte sua deuenient. Prouentibus quoque ex argentifodinis Laurei, & cõmodis quæcunque illis nunc ex agro atque è iudiciis suggeruntur, statim priuabuntur: præsertimque iis quæ à sociis obueniunt, quæ minus aduehẽtur, vtpote illis, vbi intellexerint vos omni ope bellum administrare, negligentibus. Quarum rerum vt maturè aliquid & impigrè fiat, in vobis situm est Lacedæmonii. Nam & hoc fieri posse, nec me falli opinione, prorsus confido. Neque verò debeo aut cuiquam vestrum videri deterior, si, qui inter infestissimos vobis hostes aliquãdo patriæ amãs habitus sum, idem nunc contra rempublicam meam acerrimè tendo: aut in suspicionem venire, quasi emerẽdi exilio fauoris gratia loquar. Exulo quidem, sed à peruersitate illorum qui me eiecerunt, non autem à vestra (si mihi credideritis) vtilitate. Neque mihi pro hostibus magis habendi vos, qui aliquando nobis hostibus nocuistis, quàm qui amicos esse hostes coegerunt. Et amorem ciuitatis nõ quatenus iniuria sum affectus, retineo, sed quatenus rempub. administrans, in nullum eam periculum adduxi. Neque verò me eã quæ adhuc patria *mea* sit, inuadere existimo, sed potius eam quæ amplius non sit, recuperare. Atque is rectè amator patriæ est, non qui suam, quam iniustè amiserit, non inuadit: sed qui eam quoquomodo potest, ob illius desiderium, recuperare conatur. Ex quo ego dignum me arbitror Lacedæmonii, quo & in periculis & in laboribus omnibus intrepidè vtamini: quum sciatis vulgò in prouerbium veniisse hoc dictum, Si, dum hostis eram, valde nocebam: postquam amicus sim, multùm me profuturum. eo quidem magis quòd res Athenienses cognitas habeo, at vestras coniectura colligebam. *Postulo* etiam vt quum de maximi momenti rebus cõsultari sentiatis, ne pigeat expeditionem vos in Siciliam atque in Atticam suscipere, vt illuc traiicientes parua manu, res ibi maximas conseruc-

tis, & Athenienſium potentiam præſentem pariter & futuram euertatis: ipſi in poſterum tutò habitaturi, & cunctæ Græciæ non coactæ, ſed voluntariæ, imperio beneuolo potituri.

Ex libro ſeptimo hiſtoriarum Thucydidis.

NICIAE ORATIO.

ARGVMENTVM.

Nicias, commiſſurus cum Syracuſanis prælium illud nauale quo res Atheniẽſis proſtrata eſt, quòd videbat ſuos ſuperioris prælii clade conſternatos, antequam decertaret, confirmandos ſibi eorum animos exiſtimauit. In eam ſententiam hæc ab eo concio habita eſt: nam in hac languentes animos ad ſpem melioris ſucceſſus erigit, hortatúrque vt animoſe pugnent. Capita præcipua cohortationis ſunt: firmior quàm antea apparatus: neceſſitas pro ſua & reip. ſalute dimicandi: fructus ampliſſimæ victoriæ, ſi eam reportent.

Ἄνδρες στρατιῶται Ἀθηναίων τε καὶ τῶν ἄλλων ξυμμάχων, ὁ μὲν ἀγὼν ὁ μέλλων ὁμοίως κοινὸς ἅπασιν ἔσται, καὶ τε σωτηρίας καὶ πατρίδος ἑκάστοις οὐχ ἧσσον ἢ τοῖς πολεμίοις. ὧν γὰρ κρατήσωμεν ναῦς ταῖς ναυσὶν, δῆλον ὅτι τῷ πλῷ ὑπάρχουσαν ποι οἰκείαν πόλιν ὀψόμεθα. ἀθυμεῖν δὲ χρὴ, οὐδὲ πάσχειν ὅσῳπερ οἱ ἀπειρότατοι τῶν ἀνθρώπων· οἱ τοῖς πρώτοις ἀγῶσι σφαλέντες, ἔπειτα δι' ἅπαντος τοῦ ἔλπιδας τοῦ φόβῳ ὁμοίας ταῖς ξυμφοραῖς ἔχουσιν. ἀλλ' ὅσοι τε Ἀθηναίων παρεσμὲν, πολλῶν ἤδη πολέμων ἔμπειροι ὄντες, καὶ ὅσοι ξυμμάχων ξυστρατεύομενοι ἀεὶ, μνήσθητε ὅτι ἐν τοῖς πολέμοις τὰ εἰκότα λόγῳ, καὶ τὸ τῆς τύχης κἂν μὴ ἡμῖν ἔλπισαντες, σῆναι, καὶ ὡς αἱμαχούμενοι ἀξίως τοῦδε τοῦ πλήθους ὅσον αὐτοὶ ὑμῶν ἐφορᾶτε, θαρσοῦντες ἰέναι. ἃ δὲ ἀρωγὰ ὑπάρχει ὁρᾶτε ὅτι τῇ τε λιμῷ πιεσθῆναι ἀναγκαίᾳ τὸν μόλοντα ὄχλον τῶν νεῶν ἔσεσθαι, καὶ ἀναγκαῖα τὰ ἐκείνων ὅτι τῶν καταστρωμάτων θαρσοῦντες, οἷς πρότερον ἐλαττούμεθα, πάντα καὶ ἡμῖν ναῦς, ὧν τῶν παρόντων, μετὰ τῶν κυβερνητῶν ἐσκευασμένα ἱκανῶς. καὶ γὰρ πολλοὶ καὶ ἀκονιτὶ ἐπιβήσονται, καὶ ὄχλος, ᾧ, ναυμαχίαν μὲν ποιούμενοι ἐν πελάγει, ἧκιστ' ἂν ἐχρώμεθα, ἀμύνεσθαι δὲ τὸ τῆς ἐπιστήμης τῇ βαρύτητι τῶν νεῶν· ἐν δὲ τῇ ἐνταῦθα δὲ ἠναγκασμένῃ ἀπὸ τῶν νεῶν πεζομαχίᾳ πρὸς φορὰν ἔσται. δύρηται δὲ ἡμῖν ὅσα μὲν αὐτοναυπηγεῖσθαι, καὶ πρὸς τὰς τῶν ἐπιπλόων αὐτῶν παχύτητας, ὡς ἥκιστα ἐλαττούμεθα· χαλκὸν σιδήρων ἐπιτηδειότερα, αἱ χρήσιμοι τῶν πάλιν αὖ ἀκροιῶν τῆς πρόσπεσούσης νεώς, ὧν τὰ ἐπὶ τοῦτοις οἱ ἐπιβάται ὑποστρώσουσιν. ἐς τοῦτο γὰρ δὴ ἠναγκάσμεθα ὥστε πεζομαχεῖν ἀπὸ τῶν νεῶν. καὶ τὸ μήτε αὐτοὺς αἰκρύεσθαι, μήτ' ἐκείνους ἐᾶν, ὠφέλιμον φαίνεται, ἄλλως τε καὶ τῆς γῆς, πλὴν ὅσον αὐτοὶ ὁ πεζὸς ἡμῶν ἔσχηκε, πολεμίας οὔσης. ὧν χρὴ μεμνημένους, δῃώσασθαι ὅσον αὐτοὺς δυνήσεσθε, καὶ μὴ ἔξω θεῖσθαι ἐς αὐτὸν, ἀλλὰ ξυμπεσούσης νηὶ νεώς, μὴ πρότερον ἄξιον ἀπολύεσθαι, ὧν μὴ τοῖς ἀπὸ τῶν πολεμίου καταστρώματος ὁπλίταις ἀπαείξητε. καὶ ταῦτα τοῖς ὁπλίταις οὐχ ἧσσον τῶν ναυτῶν προσκελεύομαι, ὅσῳ τῶν αὖ θεν μᾶλλον τὸ ἔργον τοῦτο ὑπάρχει ἡ ὑμῖν ἔστι γε πλείω τῷ πεζῷ ὑπερτερεῖν. τοῖς δὲ ναύταις παραινῶ, ἃ ὲν τῷ αὐτῷ πλῷ δὲ καὶ δέομαι, μὴ ἐκπλαγῆναί τι τοῖς ξυμφοραῖς ἄγαν, πλήν τε τῷ προσκυλισθῆναι ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων βελτίω νεῶν ἔχοντας, καὶ τὰς ναῦς πλείους. ἐκείνων τε τῷ ἡδονῶν ἐνθυμεῖσθαι ὡς αἰεί ποτε δι' ὀλίγου σφαλέντες, οἵπερ Ἀθηναῖοι ὄντες καὶ μὴ ὄντες ὑμῶν, τῆς τε φωνῆς τῇ ὑπηκόῳ, καὶ τῶν ὅπλων τῇ μίμησι, ἐθαυμάσθητε κατὰ πλὴν Ἑλλάδα, καὶ τῆς ἀρχῆς τῆς ἡμετέρας ἐκράτησε κατὰ τὸ ὠφελεῖσθαι, ἔς τε τὸ φοβερὸν τοῖς ὑπηκόοις, καὶ τῷ μὴ ἀδικεῖσθαι, πολὺ πλέον μετέσχετε. ὥστε κοινωνοὶ μόνοι ἐλευθέρας ἡμῖν τῆς ἀρχῆς ὄντες, δικαίως ἂν αὐτῷ ναῦ μὴ καταφρονήσαιτε. καταφρονήσαιτε δὲ Κορινθίων τε, οὓς πολλάκις νενικήκατε, καὶ Σικελιωτῶν, ὧν ἐπὶ ἀντίσχειν οὐδεὶς, ἕως ἤκμαζε τὸ ναυτικὸν, ἡμῖν ἐξίωσεν, ἀμυνάσθε αὐτοὺς· καὶ δείξατε ὅτι καὶ μετὰ ἀδυνατείας καὶ ξυμφορῶν ἡ ὑμετέρα ἀπειρία κρείσσων δεινῶν ἑτέρας δυτυχούσης Ῥώμης. ὑμεῖς τε Ἀθηναῖοι ὑμῶν πάλιν αὖ καὶ τόδε ὑπομιμνήσκω, ὅτι ἔστε ναῦς ἐν τοῖς νεωσοίκοις ἄλλας ὁμοίας ταῖσδε, ἔστε ὁπλιτῶν ἡλικίαν ὑπελίπετε. εἴτε ξυμβήσεταί τι ἄλλο ἢ τὸ κρατεῖν ὑμῶν, ἐνταῦθα δὲ πολεμίοις δυθυς ἐπ' οἰκεῖα πλευσουμένοις, καὶ τοῖς ἐκεῖ ὑπολοίποις ἡμῶν ἀδυνάτοις ἐσομένοις, τοῖς τε αὐτὸ τοῖς ἐπελθοῦσιν ἀμυνάσθε. καὶ οἱ μὲν αὖ ὑπὸ Συρακουσίοις ἀνθυς γίνοισθε, οἷς αὐτοὶ ἴστε οἷα γνώμη ἐπήλθετε· οἱ δ' ἐκεῖ, ὑπὸ Λακεδαιμονίοις. ὥστε ἐν ἑνὶ τῷδε ὑπὲρ ἀμφοτέρων ἀγῶνι καθεστῶτες καρτερήσατε, εἴπερ ποτὲ, καὶ ἐνθυμεῖσθε καθ' ἑκάστους τε καὶ ξύμπαντες, ὅτι οἱ ἐν ταῖς ναυσὶν ὑμῶν νεῶν ἐσόμενοι, καὶ πεζοὶ τοῖς Ἀθηναίοις εἰσὶ καὶ νῆες, καὶ ἡ ὑπολοιπος πόλις, καὶ τὸ μέγα ὄνομα τῶν Ἀθηναίων· ᾧπερ ὧν εἴπις τι ἕτερος ἑτέρου φέρει ἢ ὀλιγωρία, ἢ ἀψυχία, ἐκ αὖ ἐν ἄλλῳ μᾶλλον καιρῷ ἀποδεξάμενος, αὐτός τε αὐτῷ ὠφέλιμος γένοιτο, καὶ τοῖς ξυμπᾶσι σωτήριος.

EADEM LATINE,

Iobo Veratio interprete.

PRælii huius diſcrimen, Athenienſium ſociorúmque aliorum milites, ex æquo omnium eſt cõmune: ſalus & patria vniuſcuiuſque noſtrum, æquè atque hoſtium, agitur. Si noſtra ſit naualis prælii victoria, ſuæ cuiq; reuiſendæ ciuitatis facultas dabitur. Animos autem deſpondere non debemus, nec ita eſſe affecti vt ſolent homines

rerum omnium imperiti: quibus si primus statim conflictus malè processit, in reliquũ omne tempus consimilem acceptis cladibus periculi expectationem concipiunt. Sed quotquot vestrum estis Athenienses, multis vtique iam præliis exercitati, quique è sociis, perpetuò militiæ participes, recordamini inopinatos belli casus, fortunæque vim, quam vel à vobis esse staturam sperate, vósque ita ad pugnam redintegrandam comparate vt tanta multitudine dignum est quantam esse vestram hanc conspicitis. Quæ autem in portus angustiis multitudini nostrarum nauium adiumento futura animad uertimus aduersus illum constratarum nauium apparatum, qui nobis antea vehemẽter nocebat, ea de gubernatorum sententia quæsita sunt à nobis omnia, & iam, prout res tulit, prouisa. Nam sagittarios & ferentarios imponemus in naues, præterea classiariorum multitudinem, cuius antea in aperto mari præliantibus nullus erat vsus: quia nauium grauitas rationem illam pugnæ ferre non poterat. huic autem statariæ è nauibus pugnæ, quam nobis necessitas imponit, illa sunt profutura. Et ne contra illorum naues aliæ essent nobis ædificádæ, aduersus hostilium nauium cornua, quæ nobis maximum detrimentum importabant, institutæ sunt à nobis ferrearum manuum iectiones, quæ repetitam quassationem incidentis nauis inhibebunt, si modò classiarii ea administrent quæ horum vsus requirit. Eò enim res deducta est, vt pedestrem è nauibus pugnam edere sit necesse. Cui rei conducere illud videtur, vt neque nos eorum naues concutiamus, neque id ab illis fieri patiamur: quum præsertim ora omnis maritima, præter eam partem quam peditatus noster tenet, in hostium potestate sit. Cuius rei vos memores esse oportet, & pro virili parte dimicare, nec committere vt in illam detrudamini: sed quum nauis nauem offenderit, non prius erit dimittenda, quàm loricati, qui ex hostium tabulatis pugnant, elisi sint. Atque hæc non minus loricatis præcipio, quàm nautis, quo etiam magis hoc ad eos pertinet qui è superiore loco pugnant. Vos præterea etiam nunc peditatu facilè estis superiores. Nautas verò hortor, simuletiã rogo, vt ne magnopere cladibus acceptis terreantur, quum præsertim sint à nauium tabulatis instructiores quàm antea, naues quoque plures habeant. Iidem cum animis suis reputent quàm sit omni studio retinendus hîc delectationis fructus, vt qui Athenienses non essetis, tamen propter sermonis peritiam, & vitæ imitationem pro Athenienſibus superiore tempore habiti, maximum honorem tota Græcia obtineretis: imperii verò nostri, ad commoda quidem capienda non minus quàm nos participes essetis, ad coercendos verò vectigales vestros, & ad propulsandas iniurias, plus etiam quàm nos ipsi. vt vos æquum sit, qui soli salua libertate in imperii nostri societatem estis recepti, illud hoc tempore non deserere. Quin potius Corinthios pro nihilo habitos, quos sæpe superastis, & Siculos, quorum nemo vnquam impetum nostrum, quandiu re nauali floruimus, sustinere est ausus, propulsate: & re ipsa ostendite, vel peritiam nostram cum imbecillitate & cladibus coniunctam, tamen vigenti aliorum robori præpollere. Vobis autem Athenienses denuo in memoriam redigo, vos neque naues in naualibus harum similes alias, neque sobolem vllam armatorum domi reliquam feciſſe. Quòd si alius erit euentus quàm victoriæ, continuò qui hîc sunt hostes, scitote illuc esse nauigaturos: nostros verò, qui illic residui sunt, non futuros pares iis qui iam in illis locis sunt, & iis qui hinc superuenient. Ac vobis quidem in Syracusanorum manum veniẽdum erit, contra quos quibus animis veneritis, scitis ipsi: illis verò in Lacedæmoniorũ potestatem cadendum erit. Itaque quum sit illud vobis propositum certamen, in quo pro vtrisque decertãdum sit, si vnquam fortiter vos gessistis, nunc fortitudinẽ vestram expromite: simúlque illud vobiscum reputate tum singuli, tum vniuersi, in vobis, qui naues estis cõscensuri, esse quicquid peditatus, quicquid classis habet populus Athenienſis: in vobis esse reliquam reip. spem, & præclarum illud Athenarum nomen. In quibus conseruandis siquis est qui præter cæteros vel scientia vel fortitudine polleat, non alio melius tempore illius specimen ediderit, sibíque vtilem, omnibus verò salutarem operam nauarit.

ORATIO GYLIPPI ET CAETERORUM belli ducum.

ARGVMENTVM.

Gylippus Lacedæmonius, dux auxiliarium, qui Syracusas Lacedæmone missi fuerat, & cui Syracusani multùm tribuebant, antequam inirent prælium illud sui Syracusanique, ad pugnam eos animare hac oratione voluit. Ea superiori è regione respondet: nam superiorum præliorum felicitatem commemorat, victos esse ab iis Atheniēses, qui navalis rei gloriam vbiuis gentium vsque adhuc obtinuissent. Itaque illorum apparatum omnem, spem, consilium præ suis contemnit: neque enim spe, sed desperatione ad dimicandum eos impelli. Postremò suorum animos iniecta vindictæ cupiditate stimulat: esse enim persequendas ab hostibus iniquissimi belli concitati, & appetitæ Siciliæ pœnas.

Ὅπι μὲν καλὰ τὰ παρεσκευασμένα, καὶ ὑπὲρ καλῶν τῆς μελλόντων ὁ ἀγὼν ἔσται, ὦ Συρακούσιοι καὶ ξύμμαχοι, οἵ τε πολλοὶ δοκεῖτε ἡμῖν εἰδέναι· (τάδε γὰρ οὐ πάνυ αὐτῶν παρθύμως ἀπελάβεσθε) καὶ εἴ τις μὴ ὅπη ὄσον δεῖ ἤσθησται, σημανῶ μικρόν. Ἀθηναῖοι γὰρ ἐς τὴν χώραν τήνδε ἐλθόντες, πρῶτον μὲν ὅπως τῆς Σικελίας καταδουλώσωνται, ἔπειτ', εἰ κατορθώσαιεν, καὶ τῆς Πελοποννήσου καὶ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος, καὶ ἀρχὴν τὴν ἤδη μεγίστην τῶν τε πρὶν Ἑλλήνων καὶ τῶν νῦν κεκτημένοις, πρῶτοι αὐτοὶ πρὸς πάντα ὑποστάντες τῷ ναυτικῷ· ὥσπερ παντὸς κατέχον, τοὺς μὲν νενικήκατε ναυμαχίᾳ, τὴν δ' οὐκ εἰκὸς νῦν νικήσετε. ἄνδρες γὰρ ἐπιστᾶν ὧν ἀξίως πρὸς ὑμᾶς κολασθῶσι, τόν τ' ὑπόλοιπον αὐτῶν τῆς δόξης ἀσθενέστερον αὐτὸ ἑαυτοῦ ὄντι, ἢ εἰ μηδὲν ὠφθησαν πρότερον· καὶ τῷ παρ' ἐλπίδα τῷ αὐχήματος σφαλόμενοι, καὶ ὑπὲρ ἰσχὺν τῆς δυνάμεως ὑπεδέδοσαν· ὁ νῦν Ἀθηναίοις εἰκὸς πεπονθέναι. ἡμῖν δὲ τό, τε ὑπάρχον πρότερον, ὥσπερ καὶ αὐτεπιστήμονες ἔπ' ὄντες ἀπεπολεμήσαμεν, βεβαιότερον νῦν, καὶ τῆς δοκήσεως πρὸς ἡμῶν αὐτῶν, τὸ κρατήσειν ἔστι, εἰ τοῖς κρατήσουσιν ὑπικήσαμεν, διπλασία ἑκάστου ἡ ἐλπίς. ὃ δὲ πολλὰ, πρὸς τὰς ὁπηχρήσεις ἡ μείζων ἐλπὶς μείζονα καὶ τὴν προθυμίαν παρέχεται. ὥστε τῆς αὐτομιμήσεως αὐτῶν τῆς δόξασιν ἡμῖν, τῷ μὲν ἡμετέρῳ ὅπως ξυνήσει τέ ὄντι, καὶ ὑπ' αὐτῶν ἄρμοσει πρὸς τὴν ἑκάστην αὐτῶν ἐσόμεθα· οἱ δ' ἐπιστᾶν πολλοὶ μὲν ὀπλῖται ὄντι ὅπη πρὸς καταρρωμάτων δόξαν τὸ καθεστηκὸς ὦσι, πολλοὶ δὲ ἀκοντισταὶ χερσαῖοι, ὡς εἰπεῖν, Ἀκαρνᾶνές τε καὶ ἄλλοι ὄντι ναῦς αὐαβαίνοντες, οἳ οὐδὲ ὅπως καθεζομένοις χρὴ τὸ βέλος ἀφεῖναι βύρσουσι, πῶς οὐ σφαλοῦσί τε τὰς ναῦς, καὶ ὑπ' σφίσιν αὐτοῖς πάντες, ὄντι ὑπὸ τῷ αὐτῶν ὅπως κινήσωμεν, ἐξαίφνης; ἐπεὶ καὶ τῷ πλήθει πρὸς νεῶν ὀλίγων ὠφελήσονται· εἰ δὲ καὶ πάνυ ὑμῶν, ὅτι ὀλίγοις ναυμαχήσ', πεφόβηνται. ὑπὸ ὀλίγῳ γὰρ πολλαὶ, ἀργότεραι μὲν ἐς τὸ δρᾶν τι ὧν βούλει ἔσονται, ῥᾷσαι δὲ ἐς τὸ βλάπτεσθαι ἀφ' ὧν ἡμῖν παρεσκεύασται. τὸ δ' ἀληθέστατον γνῶτε ὃ ὧν ἡμεῖς οἰόμεθα σαφῶς πεπύσθαι. ὑπερφαλλόντων γὰρ αὐτοῖς πρὸς κακῶν, καὶ βιαζόμενοι ὑπὸ τῆς παρούσης ἀπορείας, ἐς ἀπόνοιαν καθεστήκασιν, οὐ θαρσαλεότητι πίστει μᾶλλον, ἢ τύχης ἀποκινδυνεύσει οὕτως ὅπως δύνανται· ἵν' ἢ βιασάμενοι ἐκπλεύσωσιν, ἢ κἂν μετὰ τοῦτο τὴν ἀποχώρησιν ποιῶνται· ὡς πρός γε παρόντων οὐκ ἂν θαρσαλεώτερον χεῖρον. θεὸς οὖν ἀπαξίαν τε τοιαύτην, καὶ τύχην ἀνδρῶν ἑαυτὴν θαρσαλεωτάτων πολεμιωτάτην, ὀργῇ προσμίξωμεν· καὶ νομίσωμεν, ἅμα μὲν νομιμώτατον εἶναι θεὸς τοῖς ναυτικοῖς, οἳ ἂν ὡς ὅπη πειρᾶται προσπεσόντες δικαιώσωσιν, ἀποπλῆσαι τῆς γνώμης τὸ θυμούμενον· ἅμα δὲ ἐχθροὺς ἀμείνω ἐχθρῶν ἡμῖν, καὶ τὸ λυπούμενόν που ἥδιστον εἶναι. ὡς δὲ ἐχθροὶ καὶ ἔχθιστοι, πάντες ἴστε, οἱ γε ὅπη τὴν ἡμετέραν ἦλθον δουλώσομενοι. ὧν ᾧ εἰ καταρθώσαιμεν, αἱδρᾶσι μὲν αὖ τὰ ἄλγιστα προσθεῖ, παῖσι δὲ καὶ γυναιξὶ τὰ ἀφορητότατα, πόλει δὲ τῇ πάσῃ τὴν αἰχίστην ὑπήκοον. αἰσθ' ὧν μὴ μαλακισθῆναί τινα πρέπει, μηδὲ τὸ ἀκινδύνως ἀπελθεῖν αὐτοὺς, κέρδος νομίσαι· τοῦτο μὲν γὰρ, καὶ ἐὰν κρατήσωσιν, ὁμοίως δράσουσι· τὸ δὲ, πραξάντων ὃν τῶν εἰκότως ἃ βουλόμεθα, ἔστι δὲ τε κολασθῆναι, καὶ τῇ πάσῃ Σικελίᾳ, καρπουμένῃ πρὶν, ἐλευθερίαν βεβαιοτέραν πορισθῆναι, καλὸς ὁ ἀγών. καὶ ναυσὶν οὔτοι ἀσυνήθεσι, οἳ αὖ ἐλάχιστα ὧν τῶν σφαλῆναι βλάπτοντες, πλεῖστα διὰ τὸ ἀπυχῆσαι ὠφελοῦσι.

EADEM LATINE,

Iobo Veratio interprete.

PRæclaras esse res eas quas gessimus, Syracusani & socii, præclarásque esse huic certamini, in quod descendimus, propositas, plerosque omnes vestrum arbitror intelligere: (neque enim tanta animorum alacritate de illis contendissetis) sed si quis est qui hoc minus, quàm opus sit, adhuc perceperit, nos planum faciemus. Etenim Athenienses, qui iis animis in hæc loca venerant, primùm vt Siciliam subigerent, deinde, si illis res feliciter cecidisset, Peloponnesо cæteráque Græcia potirentur, quíque imperium habent Græcorum omnium superiore nostráque hac memoria potentissimũ, vos omnium mortalium primi classe, qua illi omnia obtinuerũt, sustinuistis, & naualibus prælиis victores euasistis: & hoc ipso, nisi me omnia fallunt, vincetis. Nam postquam homines eo, quo se præstare confidunt, sunt mutilati, tum verò reliqua eorum gloria multo infringitur magis, quàm si nunquam illam de se opinionem cõcepissent: & inani eorum confidentia elusa, etiam intra suarum virium modum demittuntur.

Quod Atheniẽsibus vsu euenisse credibile est. Nostra verò superioris temporis fiducia, qua freti quum nos rei vsus adhuc deficeret, timorem omnem perrupimus, nunc etiã quàm antè firmior est reddita. Quoniam huius existimationis accessione aucta, quòd qui præstantissimos vicerimus, ipsi simus præstantissimi, in vtranque partem victoriæ spem auget. At verò spes summa sæpenumero ad res aggrediendas ingentem alacritatem iniicit. Quòd verò illi apparatu suo nostrum è contraria parte sunt imitati, nihil habet ea res ab institutis nostris remotum: quin aduersus omnes eorum apparatus instructi erimus. At illis quum plures solito loricati in tabulatis astiterint, plures item ferentarii terrestres, vt ita dicam, Acarnanes aliique classiarii, qui ne quomodo quidem sedentes telum torquere oporteat excogitare poterunt, quî tandem nauibus suis nõ decurrunt, & inter sese omnes, sine militiæ disciplina, cõcursantes non turbabuntur? Accedit quòd nihil eos nauium multitudo iuuabit. (ne quem fortè vestrum terreat, quòd non sit cum pari numero conflicturus) nam in angustiis naues confertæ, ad id quod velint administrandum ineptæ sunt: peropportunæ autem, vt his ab apparatu nostro noceri possit. Vos autem vera omnia ex nostris sententiis scitote vos apertè cognouisse. Nam quia malis grauissimis conflictantur, & quòd summa vrgentur inopia, ad rerum suarũ desperationem redacti sunt, non tam illi apparatu suo freti, quàm quòd belli aleam quacunque possunt, tentare volunt: vt si erumpere possint, vel nunc nauibus fugiant, vel paulo pòst terra sibi receptum quærant: quia ne sic quidem peius quàm nunc cum illis ageretur. Ergo cum tanta perturbatione, & cum hominibus nobis infestissimis, quorum iam fortuna sese nobis vltrò dedidit, ira incensi confligamus: itaque cogitemus, simul esse æquissimum, vt aduersus eos hostes quibus quæcunque pœna irrogabitur, iure irrogata videbitur, voti compotes fiamus: simul hominum nobis inimicorũ vlciscẽdorum facultas detur, & re quæ omnium fertur suauissima, fruamur. Quos quidem esse vobis inimicos, pessimèque in vos animatos scitis omnes: qui, patriam hanc nostram suæ deditionis facturi, venerint. quæ si res illis ex sententia cessisset, haud dubiè viros ipsos crudelissimè mulctassent, liberos & coniuges nostras fœdissima quæq; pati coegissent, vrbi verò turpissimi nominis notam inussissent. His de causis nõ est cur cuiusquam animus emolliatur: neque est committendum vt illi in lucro ponãt, si hinc impunè abire possint. nam hoc idem, si superiores sint, facturi sunt. Honestè autem dimicamus, quum & pœnas istis infligere volumus, & Siciliæ, quæ iam antea tutò incolebatur, libertatem etiam quàm antè firmiorem constituere. Neque est vllum periculi genus præstabilius, quàm quod, re malè gesta, minus habet detrimenti: re bene gesta, emolumenti plurimum.

ORATIO NICIAE.

ARGVMENTVM.

Victi Athenienses, desperata non modò expugnatione Syracusarum, sed etiam propè salute sua, perfugio locum quæsituri abibãt. Non carebat luctu, lacrymis, periculis, ea profectio. imminebant enim hostes fugam intercluduri: cuius rei faciendæ opportunitatem illis afferebant locorum angustiæ. Itaque Nicias mœrorem iis lenire, metumque minuere hac consolatione est conatus. nam & suo exemplo iubet bono animo esse, & sperare numinis miserationem tot iam exhaustis laboribus. fiqua vis ingruat, quæ haud dubiè expectanda erat, animosè se patriámque tutentur.

Ἔτι καὶ ὀκ πρὸ παρόντων, ὦ Ἀθηναῖοι καὶ ξύμμαχοι, ἐλπίδα χρὴ ἔχειν. ἤδη τινὲς καὶ ὀκ δεινοτέρων ἢ ὑμῖν δὲ ἐσταθησαν. μηδὲ καταμέμφεσθε ὑμᾶς αὐτοὺς μήτε ταῖς ξυμφοραῖς, μήτε ταῖς παρὰ τὴν ἀξίαν νῦν κακοπαθείαις. κἀγώ τι οὐδενὸς ὑμῶν οὔτε ῥώμῃ λείπομαι φέρων, (ἀλλ' ὁρᾶτε δὴ ὡς διάκειμαι ὑπὸ τῆς νόσου) οὔτ' ἀτυχίᾳ δίκαιον πω ὕστερος ὑμῶν ἔτι τὸν ἴδιον βίον, καὶ ἐς τἄλλα, νῦν ὁμοίῳ τοῖς φαυλοτάτοις αἰωρῶμαι. καίτοι πολλὰ μὲν ἐς θεοὺς νόμιμα δεδιήτημαι, πολλὰ δὲ ἐς ἀνθρώπους δίκαια καὶ αἰεπίφθονα. αὐτῶν ἡ μὲν ἐλπὶς ὅμως θαρσεῖν τὸ μέλλοντος, αἱ δὲ ξυμφοραὶ ἃ κατ' ἀξίαν δὴ φοβοῦσι, τάχα δ' ἂν καὶ λωφήσειαν. ἱκανὰ γὰρ τοῖς τε πολεμίοις ἠτύχηται, καὶ εἴτῳ θεῶν ὀπίφθονοι ἐστράτευσαμεν, ἀπολωλότως ἤδη πεπαυμένοις. ἦλθον γάρ που καὶ ἄλλοι πολλοὶ ἤδη ἐφ' ἑτέρους, καὶ ἀνθρώπεια δράσαντες, ἀνέκτητ' ἔπαθον. καὶ ἡμᾶς εἰκὸς νῦν τά τε ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἐλπίζειν ἠπιώτερα ἔξειν· (οἵκτου γὰρ ἀπ' αὐτῶν ἀξιώτεροι ἤδη ἐσμὲν ἢ φθόνου) καὶ ὁρῶντες ὑμᾶς αὐτοὺς οἷοι ὁπλῖται ἅμα καὶ ὅσοι ξυωπεπαλμένοι χωρεῖτε, μὴ καταπλήχθητε ἀγαν· λογίζεσθε δ' ὅτι αὐτοί τε πόλις ἀνδρῶν ἐστε, ὅποι αὖ καὶ θέλοιτε, καὶ ἄλλη οὐδεμία· ὑμᾶς δὲ χρὴ σὺν Σικελίᾳ οὔτ' ἂν ὁπόντας δέξασθαι ῥᾳδίως, οἵ τ' ἂν ἰδρυθέντες

τας που ξαναστήσετε. πλὴ δὲ πρείαν, ὥστ' ἀσφαλῆ ἢ δύπακτον εἶ), αὐτοὶ φυλάξατε, μὴ ἄλλο τι ἡμῖν παθήματος ἕκαστος, ἢ ἐν ᾧ αἰσχαθῆ χωρίῳ μαχέσθαι, τοῦτο καὶ παπείδα καὶ τεῖχος κρατήσας ἔξειν. ὡσαύτὴ δὲ ὁμοίως καὶ νύκτα καὶ ἡμέραν ἔσται τῆς ὁδοῦ. πολὺ γὰρ ὀλιγοδέα, βεβαίᾳ ἔχοιμι. εἰ δὲ αὖ πλαδώμεθα τῷ φιλίᾳ χωρίᾳ τῆ Σικελῶν, (οὔπω γὰρ ἡμῖν δι' ὀλίγου Συρακοσίων δέος ἔπι βέβαιοί εἰσι) ἤδη νομίζετε ἐν τῇ ἐχυρᾷ εἶναι. ὥσπεμπετε δ' ὡς αὐτοὺς, καὶ ἀπανδᾶν, εἰρημένον, ἢ σπᾶ ἄλλα νομίζειν. τὸ δὲ ξύμπαν γῶτε, ὦ ἄνδρες στρατιῶται, αἰσχρόν τι ὂν ὑμῖν ἀνδράσιν ἀγαθοῖς γίγνεσθαι, ὡς μὴ ὄντος χωρίου ἐγγὺς ὅποι ἂν μαλακισθέντες σωθείητε· καὶ νῦν δραφύγητε τοὺς πολεμίους, οἵ τε ἄλλοι ἰδυξόμενοι ὧν ὅτι θυμεῖτε που ὅτι δῆν, ἢ οἱ Ἀθηναῖοι πλὴ μεγάλῳ δυνάμει τῆς πόλεως, καὶ ὧν πεπλωκῆαι, ἐπανορθώσοντες. ἄνδρες γὰρ πόλις, καὶ οὐ τεῖχη, οὐδὲ νῆες ἀνδρῶν κεναί.

EADEM LATINE,

Iobo Veratio interprete.

VEL in hoc rerum ſtatu, Athenienſes & ſocii, ſpes eſt retinenda. Alii ſunt qui è grauioribus, quàm quibus nunc premimur, emerſerunt. Neque eſt quòd vos veſtri pœniteat vel propter acceptas clades, vel propter acerbitates, quæ vos, meliore ſorte dignos, perſequuntur. Ego quoque qui nec robore, quoquam veſtrum ſum ſuperior, (videtis vtique quò me vis morbi redegerit) neque rurſus priuatæ vitæ cæterarúmque rationum felicitate vlli veſtrum ſecũdus, iiſdem malis, quibus infimi quique, iactor. Atqui multa in vita religioſè in deos geſſi, multa in homines iuſtè atque inculpatè. Quæ res ſpem mihi præſentiorem rerum poſterarum etiamnũ afferunt, faciúntque vt me minus res aduerſæ quàm pro acerbitate ſua terreant: ac fortaſſe etiam eas ſedabunt. Nam & hoſtibus ſatis ſupérque afflauit fortuna: & nos, ſicui deorum inuiſa fuit noſtra expeditio, ſatis pœnarum luimus. Etenim fuerunt & alii, qui quum in alios inuaſiſſent, feciſſéntque quæ inter homines fieri aſſolet, tamen erroris pœnas tolerabiles ſufferrent. Nos quoque ſperare par eſt, deos futuros mitiores. ſiquidem in quo nunc ſtatu ſumus, cõmiſeratione eorum digniores ſumus quàm indignatione. Tũ vos oportet, qui & multitudinem veſtram, & hanc armatorum aciem incedentem videatis, non magnopere commoueri. Sic etiam vobis ineunda eſt ratio, vos, vbicunque conſideatis, continuò ibi vrbem efficere. Neque vlla præterea relinquitur Siciliæ vrbs, quæ vos aut venientes excipiat, aut fixos iam poſſit deturbare. Ipſum verò iter vt tutum expeditúmque habeamus, viderit veſtrum quiſq; ne aliter rationem ineat, quàm vt quemcũque pugnandi locum neceſſitas dederit, ibi ſe patriam, ibi mœnia, ſi eo potiatur, habiturum eſſe arbitretur. Cæterùm iter nec noctu nec interdiu intermittetur. commeatus enim nobis ſunt exigui. Quòd ſi vrbem Siculorum nobis amicam obtinere poſſimus, (nam illa quidem propter Syracuſanorum motum adhuc in fide manet) tum vos in tuto futuros confidite. Sed mittendi qui præcũrrant, mandéntque vt nobis cum imperatis cibariis, aliiſque præterea, obuiam procedãt. Quod autẽ caput eſt, milites, ſic habete: Poſtulat omnino hoc tempus vt præſtemus nos viros, quum nullum in propinquo ignauis perfugium pateat. Quòd ſi hoſtes effugere poteritis, tum cæteris, cuius quiſque deſiderio tenetur, eius videndi facultas dabitur: tum verò Athenienſes potentiſſimam vrbem ſuam videbunt, quam ipſi, licet collapſam, ſunt inſtauraturi. Viri enim ipſi ciuitatem conſtituunt, non mœnia, aut naues, in quibus ſit ſolitudo à viris.

UNED

Orationes ſeu conciones ex Xenophonte excerptæ.

Ex libro primo.

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Laceſſitus bello ab Aſſyriis Mediæ rex Cyaxares, miſit pro amicitia & conſanguinitate, qui auxilium à Cambyſe Perſarum rege, Cyri patre, peteret. Quod petiit, impetrauit. quinquaginta enim auxiliarium millia miſit ad eum Cambyſes, iiſque Cyrum præfecit. Delectus autem more à maioribus eorum accepto habitus erat, quo principes primùm viri legebantur, accommodato eorum numero ad exercitus conſcribendi magnitudinem. Tum lecti ſunt ad ducentos: qui rurſus cooptarunt ſinguli quaternos. Hos omnes, quum iam copias vellet educere, Cyrus conuocat, & hac oratione ad bellum magnis animis capeſſendum hortatur. Officium iis, & rei gerendæ facultates, proponit: officium, quum commemorat anteactæ vitæ laudem, ſuum de illorum virtute iudicium, ipſius virtutis vim, pulchritudinem, præmia oſtendit, & contraria omnia in ignauia: quem locum luculenter tractat. poſtremò æquitatem cauſæ, ſeu belli ſuſceptiſ iuſta eſſe arma, quæ ad vim propulſandam, non inferendam, capiuntur. Facultates verò, quũ eos virtute, peritia rei militaris, optimis ſtudiis & patria diſciplina imbutos eſſe docet: quæ contrà omnia hoſtibus demonſtrat deeſſe.

Ἄνδρες φίλοι, ἐγὼ μὲν ἐπεσταλμαι μὴ ὑμᾶς, ἃ νῦν πρῶτον δοκιμάσας, ἀλλ' ὁκ παίδων ὁρῶν ὑμᾶς ἅμα καλὰ ἡ πόλις νομίζει, ἐπεδύμησε αὐτὰ ὁκπονοῦντας, ἃ δὲ αἰσχρὰ ἡγεῖται ἔξ), παντελῶς τούτων ἀπεχομένους. ὧν εἵ ἕνεκα αὐτός τε οὐκ ἄκων εἰς τόδε τὸ τέλος κατέστην, καὶ ὑμᾶς παρεκάλεσα, δηλῶσαι ὑμῖν βούλομαι. ἐγὼ γὰρ καταμένουσα ὅτι οἱ μὲν ἄλλοι οὐδὲν χεῖρους ἡμῶν ἐγίγνοντο ἀσκοῦντες τοῦτο κἀκεῖνοι διετέλεσαν ἄνδρ' ἔργα ἀρετῆς νομίζεται. ὅ, τι μὲν οὖν ἐπεσκεπήσαντο τοιοῦτοι ὄντες ἢ τῷ κοινῷ Περσῶν ἀγαθὸν, ἢ αὐτοῖς, ἴσθι οὐκέτι δύναμαι καταδεῖν. καίτοι ἔγωγε οἶμαι οὐδεμίαν ἀρετὴν ἀνεῖσθαι ὑπ' ἀνθρώπων, ὡς μηδὲν πλέον ἔχωσιν οἱ ἐσθλοὶ ἡγούμενοι τῶν πονηρῶν· ἀλλ' οἵτε τῶν παρουσῶν ἡδονῶν ἀπεχόμενοι, οὐχ ἵνα μηδέποτε ἄφεκτοι ὦσι τοῦτο ποιῶσιν, ἀλλ' ὅπως διὰ ταύτην τὴν ἐγκράτειαν πολλαπλάσια εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ἀφραίνοντας, οὕτω σωφρονίζονται· οἵτε λέγειν ἐπιστάμενοι δεινοὶ ἡγέσθαι, οὐχ ἵνα δὲ λέγοντες μηδέποτε παύσωνται, τοῦτο μελετῶσιν, ἀλλ' ἐλπίζοντες τῷ λέγειν δὲ πείθοντες πολλοὺς ἀνθρώπους, πολλὰ καὶ μεγάλα ἀγαθὰ διαπράξεσθαι. οἵτε αὖ τὰ πολεμικὰ ἀσκοῦντες, οὐχ ὡς μαχόμενοι μηδέποτε παύσωνται, τοῦτ' ὁκπονοῦσιν· ἀλλὰ νομίζοντες καὶ οὗτοι, τὰ πολεμικὰ ἀγαθοὶ ἡγούμενοι πολὺ μᾶλλον, πολλῷ δὲ ἀσφαλεστέραν διαμονὴν, μεγάλας δὲ τιμὰς καὶ αὐτοῖς καὶ τῇ πόλει περιάψειν. εἰ δέ τινες τούτων ὁκπονήσαντες, πρίν τινα καρπὸν ἀπ' αὐτῶν κομίσασθαι, περιεῖδον αὐτοὺς γήρᾳ ἀσθενεστέρους γενομένους, ὅμοιον ἔμοιγε δοκοῦσι πεπονθέναι οἷον εἴ τις γεωργὸς ἀγαθὸς περιμηδὲς ἡγέσθαι, καὶ οὐ σπείρων, καὶ οὐ φυτεύων, ὁπότε αὐτὸν καρπῶσθαι δέοι, ἐῴη τὸν καρπὸν ἀσυλλόγιστον εἰς τὸν χρόνον πάλιν καταρρεῖν. καὶ εἴ τις ἀθλητὴς πολλὰ πονήσας, καὶ ἀξιόνικος ἡγούμενος, ἀνάγωνιστος διατελέσειεν, οὐδ' ἂν οὕτως ἔμοιγε δοκεῖ δικαίως ἀναίθλος εἶ) ἀφροσύνης. ἀλλ' ἡμεῖς, ὦ ἄνδρες, μὴ πάθωμεν ταῦτα· ἀλλ' ἐπείπερ σώσωμεν ἡμῖν αὐτοῖς ἀπὸ παίδων ἀρξάμενοι ἀσκηταὶ ὄντες τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἔργων, ἴσμεν ὅτι τοῖς πολεμίοις, οἷς ἐγὼ σαφῶς ὑπέσταμαι αὐτὸς ἰδὼν, ἰδιώτας ὄντας ὡς πρὸς ὑμᾶς ἀγωνίζεσθαι. ἐπεὶ γάρ πω οὔτοι ἱκανοὶ εἰσιν ἀγωνίσασθαι, οἳ αὖ ταχὺ ὡσὶν ἢ ἀκοντίζωσιν ἢ ἱππεύωσιν ὑπερημόνως· ἰσῶ δέ που πονοῦσαν δεῖ, τοῦτο λείπουσαν· ἀλλ' οὔτοι ἰδιῶται εἰσὶ καὶ τοῖς πόνοις. οὐδέ γε οἶπνος, ἀχρεῖον ἦσαν δέον, ἡδὺ ὧνται τούτου. ἀλλὰ καὶ οὔτοι ἰδιῶται εἰσὶν, καὶ τὸν ὕπνον. οὐδέ γε οἱ τῶν μὲν ἱκανοὶ, ἀπαίδευτοι δὲ ὡς χρὴ καὶ συμμάχοις καὶ πολεμίοις χρῆσθαι· ἀλλὰ καὶ οὗτοι δῆλον ὅτι τῶν μεγίστων παιδευμάτων ἄπειρος ἔχουσιν. ὑμεῖς δὲ νυκτὶ μὲν δήπου, ὅσα καὶ οἱ ἄλλοι ἡμέρας, διεσάθε χρῆσθαι πόνοις δὲ καὶ ζῆν ἡδέως ἡγεμόνας νομίζετε, λιμῷ δὲ ὅσα καὶ ὄψῳ διαχρῆσθε· ὑδροποσίαν δὲ ῥᾷον τοῦ λεόντων φέρετε. κάλλιστον δὲ πάντων καὶ πολεμικώτατον κτῆμα εἰς τὰς ψυχὰς συλλεγόμενοι ἐπαινούμενοι μᾶλλον ἢ τοῖς ἄλλοις ἅπασι χαίρετε. τοὺς δὲ ἐπαινοῦντας ἔφασκεν ἀνάγκη εἶναι τούτῳ πάντα μὲν πόνον, πάντα δὲ κίνδυνον ἡδέως ὑποδύεσθαι. εἰ δὲ ταῦτα ἐγὼ λέγω πρὸς ὑμᾶς, ἄλλως γιγνώσκων, ἐμαυτὸν ἐξαπατῶ· ὅ, τι γὰρ μὴ τοιοῦτον ἀποβήσεται παρ' ὑμῶν, εἰς ἐμὲ τὸ ἐλλεῖπον ἥξει. ἀλλὰ πιστεύω τοι τῇ πείρᾳ, καὶ τῇ ὑμῶν εἰς ἐμὲ διανοίᾳ, καὶ τῇ τῶν πολεμίων αὐτῶν οἵᾳ, μὴ ψεύσῃ με ταύτας τὰς ἀγαθὰς ἐλπίδας. θαῤῥοῦντες ὁρμώμεθα, ἐπειδὴ καὶ ὑποδῶν ἡμῖν γεγύηται τὸ δόξαν τῶν ἀλλοτρίων ἀδίκως ἐφίεσθαι. νικῶ γὰρ ἔρχονται μὲν οἱ πολέμιοι, ἄρχοντες ἀδίκων χειρῶν· καλοῦσι δὲ ἡμᾶς οἱ φίλοι βοηθοῦντες. τί οὖν ἔστιν ἢ τὸ ἀληθέστερον, ἢ τὸ τοῖς φίλοις ἀρήγειν καλλίων; ἀλλὰ μὲν δὴ διὰ ταῦτα ὑμᾶς οὐχ ἥκιστα οἶμαι θαῤῥεῖν, τὸ μὴ παρημεληκότα με τῶν θεῶν τὴν ἔξοδον ποιεῖσθαι. πολλά γάρ μοι συνήνεγκε βοηθῆσαι θεοὺς οὐ μόνον τὰ μεγάλα, ἀλλὰ καὶ τὰ μικρὰ πειρωμένῳ, ἀπὸ θεῶν ὁρμᾶσθαι ἀεί. τέλος ἔφη, Τί δεῖ λέγειν ἔτι; ἀλλ' ὑμεῖς μὲν τοῖς ἄνδρας ἐλόμενοι καὶ αἰσθανόμενοι, ἃ ταῦτα σωφρονοῦντες, ἴστε εἰς Μήδους· ἐγὼ δὲ ἐπανελθὼν πρὸς τὸν πατέρα, πειράσομαι, ὅπως τὰ τῶν πολεμίων ὡς τάχιστα μαθὼν οἷά ἐστι, σωφρονιῶ ὑμῖν ὅ, τι ἂν δύνωμαι, ὅπως ὡς κάλλιστα σὺν θεῷ ἀγωνιούμεθα.

EADEM LATINE,
Henr. Stephano interprete.

ALlegi vos mihi, amici, non quorum nũc primùm periculum fecerim, ſed quos animaduerterim iis quæ ciuitas honeſta eſſe cenſet, iam inde à pueritia ſtudium & laborem impendere: quæ autem turpia exiſtimat, ab iis omnino abſtinere. Libet verò quibus de cauſis & ipſe munus hoc ſubierim, & vos aduocarim, vobis exponere. Maiores noſtros nulla in re nobis inferiores fuiſſe comperi: quippe qui & ipſi in iis quæ virtutis ſunt, operam poſuerint: quid tamen emolumenti, ita ſe gerendo, vel publicè rebus Perſarum, vel ſuis priuatim attulerint, hoc verò nequaquã perſpicere poſſum. Neque tamen virtutem vllam ab hominibus coli exiſtimo, vt qui probi euaſerint, nihilo meliore conditione ſint quàm improbi. Qui enim à voluptatibus in præſens abſtinent, non vt nulla vnquam gaudia percipiant, id faciunt, ſed potius vt quo magis ab iis ſibi temperauerint, eo maiora gaudia poſtea percipiant, ita ſe comparant. Itidémque qui quotquot eloquentiæ ſtudio dediti ſunt, non vt ſemper ei vacent, in ea ſe exercent, ſed fore ſperant vt quum hac dicendi facultate multis ea quæ volunt perſuaſerint, multa magnáque bona adipiſcantur. Itidem verò qui res bellicas tractant, non ideo vt toto vitæ tempore prælientur hunc laborem ſuſtinent, ſed hi pariter fore ſperant vt quum in bello ſtrenuè ſe geſſerint, magnas opes, magnam felicitatem, magnos honores cum ſibi tũ patriæ acquirant. Quòd ſi qui quũ laborẽ his impendiſſent, non prouiderunt ne ſenectute imbecilles redderentur antequam fructum vllũ ex iis perciperent, idem vſuueniſſe illis cenſeo quod ei vſuueniret, qui poſtquam boni agricolæ officio fungi ſtuduiſſet, bene ſerendo, bene item plantando: quum tandem fructus hinc carpendus eſſet, eum minimè conueheret, ſed rurſus in terram dilabi pateretur. Itidémque ſi quis athleta poſt multos labores, ex quibus tandem idoneus ad victoriam adipiſcendam euaſerit, certandi artem deſinat, & hic certè meritò dementiæ accuſandus mihi videatur. Nobis verò, milites, abſit vt hoc vſuueniat: ſed potius quum in rebus præclarè gerendis nos iam inde à pueritia exercitatos eſſe ſciamus, aduerſus hoſtes tẽdamus: quos equidẽ, vt oculatus teſtis, planè tyrones præ vobis eſſe cõpertum habeo. Nequaquam enim boni milites fuerint ii qui ſagittas quidem vel iacula mittendi, vel equitandi periti ſunt: labores autem perferre, quum opus eſt, non itidem poſſunt, ſed tyrones ſunt quod ad labores attinet. Nec ii certè qui, quum vigilandum eſt, vigiliis ſuccumbunt. eodem enim & hi modo tyrones ſunt quod ad ſomnum attinet. Iamverò ne ii quidẽ boni fuerint milites, qui illa quidem omnia præſtare poſſunt: ſed quomodo erga ſocios & hoſtes ſe gerẽre debeant, ignorant. Quin potius hi quoque earum rerum quas didiciſſe maximi refert, cognitione deſtituentur. At vos nocte perinde atque alii die, poteſtis vti: labores autem ad iucundam vitam duces vobis eſſe exiſtimatis: fames opſonii vſum vobis præſtat, aquæ potum facilius quàm leones ipſi fertis. Poſſeſſionem præterea pulcherrimam, & præ quauis alia bellatoribus conuenientem, in animos veſtros inuexiſtis, quòd nulla re æquè ac laude gaudetis. Qui autem laudis ſtudio tenentur, eius gratia omnem laborem & omne periculum lubẽter ſubire neceſſe eſt. Quòd ſi hæc de vobis aliter ac ſentiam dico, meipſum fallo, quoniam ſi contigerit vt vos tales non præſtetis, quicquid defuerit, in me recidet. Verùm & peritia veſtra, & beneuolentia erga me, & hoſtium amentia, faciunt vt minimè verear ne hæ bonæ ſpes me fruſtrentur. Fidentibus igitur animis iter capeſſamus, præſertim etiam quum hoc à nobis procul abſit, vt aliena contra ius & æquum appetere videamur. Hoſtes enim nunc aduenium, noſque iniuſto prælio laceſſunt, nos autem amici auxilio vocant. Quid igitur eſt aut iuſtius quàm propulſare iniuriam, aut pulchrius quàm amicis opitulari? Eſt verò & quiddam præterea quod non minimum fiduciæ addere vobis debet, quòd nimirum minime neglectis diis expeditionem hanc paro. Nam quũ multũ mecum verſemini, ſcitis me non in magnis ſolùm ſed & in paruis rebus conari à diis initium ſumere. *Quibus tandem ſubiunxit*, Quid pluribus verbis opus eſt: vos, lectis aſſumptiſque viris, paratiſque rebus cæteris, ad Medos pergite. At ego ad patrem me refero, vt quum intellexero quo in loco ſunt res hoſtium, omnem pro viribus apparatum vobis ſuppeditem, vt præclariſſimè, Deo iuuante, bellum geramus.

Ex libro secundo.

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Fretus suorum virtute Cyrus, facilè hostium multitudinem contemnebat, & diffidentem Cyaxarem confirmabat, tantúmque de armorum copia & genere eum iubebat prouidere. Ea cõparata & comportata, quũ in milites dispertire oporteret, primùm collegas illos, quos ὁμοσίμους appellabant, deinde vulgus militum, nactus hanc armorum occasionem, officii commonefecit. Cuius orationis hæc est summa. Militibus quum arma non desint, si fortitudo desit, summæ futurum ignauiæ. Quibus omnia sint paria, patria, firmitudo corporis, ætas militaris, arma, eos ad communem causam parem animum afferre debere. Sola fuisse arma, quibus ipse ab illis differret, nunc iis distributis, se cum illis esse æquatum. Itaque non minus in ipsis animi, quàm in se esse oportere.

Ἄνδρες Πέρσαι, ὑμεῖς μὲν ἔφυτε ἐν τῇ αὐτῇ ἡμῖν χώρᾳ, μὲ τραφέντε· μὲ τὰ σώματα γε ἡμῶν οὐδὲν χείρονα ἔχετε, ψυχάς τε οὐδὲν κακίονας ὑμῶν φέσοικεν ἡμῶν ἔχειν. τοιοῦτοι δ' ὄντες, ἐν μὲν τῇ πατρίδι οὐ μετεῖχετε τῆς ἴσου ἡμῖν, οὐχ ὑφ' ἡμῶν ἀπελαθέντες, ἀλλ' ἵνα τὰ ἐπιτηδεια αὐτάρκην ὑμῖν ᾖ ποριζεσθαι. νυῦ δὲ ὅπως μὲν ταῦτα ἔξετε, ἐμοὶ μελήσει σὺν τοῖς θεοῖς. ἔξεστι δ' ὑμῖν, εἰ βούλεσθε, λαβοῦσιν ὅπλα οἷά περ ἡμεῖς ἔχομεν, καὶ εἰ τι χείρονες ἡμῶν ἐστε, εἰς τὸν αὐτὸν ἡμῖν κίνδυνον ἐμβαίνειν· κἂν τι ἐκ τούτων καλὸν κἀγαθὸν γίγνηται, τῆς ὁμοίων ἡμῖν ἀξιοῦσθαι. τὸν μὲν οὖν πρόσθεν χρόνον ὑμεῖς τε ἐξὸν καὶ ἀκοντίσαι ἦτε, καὶ ἡμεῖς· εἰ δὲ εἶπ χείρους ἡμῶν ταῦτα ποιεῖν ἦτε, οὐδὲν θαυμαστόν. οὐ γὰρ αὖ ὑμῖν σχολὴ, ὥσπερ ἡμῖν, τούτων ἐπιμελεῖσθαι· ὧν δὲ τῇ ὁπλίσει οὐδὲν ἡμεῖς ὑμῶν προέξομεν. θώρηξ μὲν γὰρ ἔσται τῶν στέρνα ἁρμόζων ἑκάστῳ ἔσται, γέρρον δὲ ἐν τῇ ἀριστερᾷ, ὃ πάντες εἰθισμένα φορεῖν, μάχαιρα δὲ ἡ σαγαρεὶς ἐν τῇ δεξιᾷ, ἢ δὴ παίειν τοὺς ἐναντίους δεήσει, ἐὰν φυλαττόμενοί μὴ πατάσσωσιν ἀλλήλους. τί οὖν ἂν ἐν τούτοις ἕτερος ἑτέρου ἡμῶν διαφέροι; πλὴν ἐν τόλμῃ, ἵν' οὐδὲν ὑμῖν φέσοικεν ἧττον ἡμῶν παρέχεσθαι. νίκης τε γὰρ ἐπιθυμεῖν, ἣ τὰ καλὰ πάντα μὲ τὰ ἀγαθὰ κτᾶται καὶ σώζει, τί μᾶλλον ἡμῶν ἢ ὑμῶν φέσοικεν; κράτους τε, ὃ πάντα τὰ τῶν ἡττόνων τοῖς κρείττοσι δωρεῖται, τί εἰκὸς ἡμᾶς μᾶλλον ἢ καὶ ὑμᾶς τούτου δεῖσθαι; τέλος εἶπεν· Ἀνακόπτε πάντα· ὅσα τε ὅπλα πάντα· ὁ μὲν χρήζων, λαμβανέτω ταῦτα, καὶ ἐπιχαφέσθω φέρων τὸν τάξιαρχον εἰς τὸ ὁμοίαν τάξιν ἡμῖν. ὅτῳ δ' ἀρκεῖ ὢν μισθοφόρου χώρα ἔσῃ), καταμενέτω ἐν τοῖς ὑπηρετικοῖς ὅπλοις.

EADEM LATINE,

Henrico Steph. interprete.

IN eadem, Persæ, qua & nos, regione & nati estis & educati: & corpora nostris nihilo deteriora habetis: ideóque vt animos itidem nostris nihilo ignauiores habeatis consentaneum est. Quum autem huiusmodi sitis, in patria quidem eorundem nobiscũ studiorum participes non eratis: haud certè quòd ab iis vos repulissemus, sed quòd in parandis quæ ad vitam sunt necessaria, occupari necesse foret. At nunc vt quidem hæc vobis suppetant, à me opera dabitur, diis iuuantibus: potestis autem eiusdem generis armis in manus sumptis, etiãsi quid deteriores nobis sitis, eandem nobiscum belli fortunam tentare, paritérque eadem quæ & nos præmia, tanquam iis digni, consequi, si quid bonarum rerum inde obtigerit. Enimuero antea quidem sagittarii ac iaculatores, quemadmodum & nos, fuistis: quòd si minus, quàm nos, periti, minimè mirum id videri debet, quum in horum exercitatione curam adhibere vobis non vacaret, sicut nobis. At in hoc armaturæ genere, nihilo potiores vobis erimus. Nostrum enim vnicuiq; thorax erit pectori aptatus, & sagaris in læua manu, quã gestare omnes solemus: in dextra gladius, aut securis: quâ feriendi nobis erunt hostes, minimè verentibus ne ictus nostri aberrent. Quid igitur est in his quo alii aliis præstare possimus, præter audaciã, quam certè vos nõ minorẽ quàm nos exhibere decet? Cur enim nos maiore quàm vos victoriæ (quæ res omnes bonas ac præclaras & comparat & conseruat) maiore desiderio teneri deceat? Et cur victricib⁹ viribus quæ omnia quæ inferiorũ sũt, superiorib⁹ donat, nobis opus esse magis quàm vobis, rationi consentaneum est? *Tandem verò dixit.* Audistis omnia, superest vt arma ipsa inspiciatis, & qui iis indiget, capiat: noménque professus apud ordinis præfectum, vt ordini nostro se adiungat. Cui autem satis est mercenarii locum obtinere, is in armis famularibus remaneat.

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Aduentante hoste, confirmandos sibi suorum animos aduersus rerum difficultatem censuit Cyrus, & apud collegas illos, quos ab honoris societate ὁμοσίμους vocabant, hanc

orationem habuit, quæ omnis cohortationem habet ad virtutem, cui victoria proposita est, victoriæ verò amplissima præmia. Sed eam demũ esse viam ad certã victoriam, si pro se quisque enitatur, & pro virili parte dimicet, impositásque sibi partes minimè defugiat, aut languidè administret. Ad extremum, quia inter familiares hæc habebatur oratio, ponit quæstionem de studio virtutis, an æquè ad eam persequendam impellat laborum necessaria perpessio, vtilitatis causa consequendæ, & spes bonorum per inertiã potiundo rum, si ita contingat.

Ἄνδρες φίλοι, ὁ μὲν ἀγὼν ἡμῖν ἐγγύς· προσέρχονται γὰρ οἱ πολέμιοι. τὰ δὲ ἆθλα, τῆς νίκης. ἢν μὲν ἡμεῖς νικῶμεν, δῆλον ὅτι οἵ τε πολέμιοι αὖ ἡμέτεροι, καὶ τὰ τῶν πολεμίων ἀγαθὰ πάντα· ἢν δὲ ἡμεῖς αὖ νικώμεθα, (τοῦτο γὰρ ἀεὶ ἡ λέξις καὶ ποιεῖν δεῖ) καὶ οὕτω τὰ τῶν ἡττωμένων ἀγαθὰ πάντα τοῖς νικῶσιν ἀεὶ ἆθλα προκειται. οὕτω δὴ (ἔφη) δεῖ ὑμᾶς γιγνώσκειν ὡς ὅταν μὲν ἄνθρωποι κοινωνοὶ πολέμου γίγνωνται, ἐν ἑαυτοῖς ἕκαστοι ὡς, εἰ μὴ αὐτός τις προθυμηθήσεται, οὐδὲν ἐσόμενον τῶν δεόντων, ταχὺ πολλά τε καὶ καλὰ διαπράττονται· (οὐδὲν γὰρ αὐτοῖς ἀργεῖται τῶν πραττεσθαι δεομένων) ὁπόταν δ' ἕκαστος διανοηθῇ ὡς ἄλλος ἔσται ὁ πράττων καὶ ὁ μαχόμενος, κἂν αὐτὸς μαλακίζηται, τοῖς τοιούτοις (ἔφη) δυστυχῶς πᾶσιν ἅμα πάντα ἥξει τὰ χαλεπὰ φερόμενα. καὶ ὁ θεὸς οὕτω πως ἐποίησε, τοῖς μὴ θέλουσιν ἑαυτοῖς προστάττειν ἀνιαρὰ ἀγαθὰ, ἄλλους αὐτοῖς ὑπηρέτας δίδωσι. νῦν οὖν (ἔφη) λεγέτω τις ἐνθάδε ἀναστὰς πρὸς αὐτὸ τοῦτο, ὅπως ἂν τῷ ἀρετῷ οἴεται ἀσκεῖσθαι μᾶλλον παρ' ἡμῖν, εἰ μέλλοι ὁ πλεῖστα καὶ πονεῖν καὶ κινδυνεύειν ἐθέλων, πλείστης καὶ τιμῆς τεύξεσθαι, ἢ ἂν εἰδῶμεν ὅτι οὐδὲν διαφέρει κακὸν εἶναι· ὁμοίως γὰρ πάντες τῶν ἴσων τευξόμεθα.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

VIri amicissimi, certamen est nobis proximum: aduentant enim hostes. præmia autem, sunt victoriæ. Si quidem vicerimus, & hostes & eorum bona omnia nostra erunt: sin vincamur, (hoc enim semper dicẽdũ est) sic quoque omnia eorum qui victi fuerint bona, victoribus proposita sunt præmia. Hoc igitur pacto vobis est sentiendum, quando singuli eorum qui in eiusdem belli societatem venerint, hoc secum reputant, nihil futurum ex sententia sua nisi quisque pro se alacer ad pugnam fuerit, plurima quamprimum ac præclara perfici: (nihil enim pigrè agunt eorum quæ faciunda sunt) sed vbi quisque cogitarit alium fore qui & agat & pugnet, quanuis remissius ipse egerit, his omnibus omnia simul mala subeunda veniunt. Ac deus ipse ita fecit quodammodo, qui hominibus qui nolunt sibi imperare laborem ad bonum consequendum, facit vt alii his imperent. Nunc igitur surgat hîc aliquis, qui de hac ipsa re verba faciat, vtrónam modo putet virtutem magis exerceri posse: num si is qui plurimum & laborum & periculorum subire volet, plurimum quoque honoris consequuturus sit: an si videamus referre nihil, si ignauus quis fuerit. nos enim eodem modo æqualia consequuturos omnes.

ORATIO CHRYSANTAE.

ARGVMENTVM.

Inducit duos Xenophon, qui ad quæstionem illam à Cyro propositã respondeant, Chrysantam & Pheraulam. Dicit prior Chrysantas, & quemadmodum interpretetur Cyri quæstionem ostendit. Sic autem sibi videri dicit: Si omnes, qui possunt, egregiam operam nauent, eum qui propè imbellis sit, tamen ex aliorum victoria fructum aliquẽ posse percipere: sin officio desint, qui illud præstare debuerunt, eundem illum multo maximam incommodorum partem accipere.

Ἀλλ' οἶμαι μὲν, ὦ Κῦρε, οὐδὲ διανοούμενόν σε ὡς δεῖ ἴσον τοῖς κακοῖς τοῖς ἀγαθοῖς ἔχειν, ἐμβαλεῖν τοῦτον τὸν λόγον, ἀλλ' ἀποπειρώμενον εἴ τις ἆρα ἔσται ἀνὴρ ὅστις ἐθελήσει ὑπομεῖναι ἑαυτὸν ὡς διανοεῖται μηδὲν καλὸν κἀγαθὸν ποιῶν, ἃ αὖ ἄλλοι τῇ ἀρετῇ κατορθοῦσιν, τούτων ἰσομοιρεῖν. ἐγὼ δ' (ἔφη), εἰμὶ μὲν οὔτε ποσὶ ταχὺς, οὔτε χερσὶν ἰσχυρός· γιγνώσκω δὲ ὅτι ἐξ ὧν αὖ ἐγὼ τὰ ἐμαυτοῦ σώματα πιοίην σῖτα, οὐκ ἂν κριθείην οὔτε πρῶτος, οὔτε δεύτερος, οἶμαι δ' οὐδὲ χιλιοστὸς, ἴσως δ' ἀδὲ μυριοστός. ἀλλὰ τὸ ἐκείνου σαφῶς ὑπομεῖναι, ὅτι εἰ μὲν οἱ δυνατοὶ ἐρρωμένως αὐτῶν τοῦτο πράττοιεν, ἀγαθοῦ τινὸς μοι μετέσται μέρος ὅσον ἂν δίκαιον ᾖ· εἰ δ' οἱ μὲν κακοὶ μηδὲν ποιήσουσιν, οἱ δ' ἀγαθοὶ οὐ δυνατοὶ ἀθύμως ἔχουσι, δέδοικα (ἔφη) μὴ ἄλλου τινὸς μᾶλλον ἢ τοῦ ἀγαθοῦ μεθέξω πλέον μέρος ἢ ἐγὼ βούλομαι.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

AT ego arbitror, Cyre, te minimè hoc in animo habentem, parem debere portionẽ improbos atque probos habere, sermonẽ hunc iniecisse: sed tẽtare volentẽ an quis tandẽ vir sit futurus qui ostẽdere velit se hoc esse animo, vt nihil faciens

neque pulchrè neq; fortiter, eorũ æqualem portionẽ accipiat quæ alii virtute cõsequuti fuerint. At ego neque pedibus velox sum, neque manibus validus: neque ignarus certè sum, quòd ex rebus quas ego corpore meo fecero, non sim iudicandus neque primus neque secundus, puto etiam neque millesimus, & forsitan ne ex decẽ millibus quidem vnus. Verùm & illud certò scio, quòd si viri robusti res fortiter capessent, alicuius boni tanta mihi pars erit quanta iure debita fuerit. Quòd si homines ignaui nihil gesserint, fortes autem viri ac robusti remissius se habuerint, vereor ne alius rei cuiusquam magis quàm boni maiorem sim partem habiturus quàm velim.

PHERAVLAE ORATIO.

ARGVMENTVM.

Excipit Chrysantæ orationem Pheraulas, & in eandem partem differit pluribus. Suos plebeios, quos occultè contempsisse videbatur Chrysantas, laudat: & ad æmulationem virtutis accendit. Ostendit easdem esse omnibus causas fortitudinis & alacritatis: præmia esse communia: qui ea decernat & tribuat, vnum esse, & eum quidem bene erga omnes affectum. Peritiam verò fuisse principibus illis disciplina traditam: se autem & gregales omnes suos, qui erant obscuriores homines, partim à natura magistra accepisse, partim necessitate duce excoluisse: quem locum persequitur vberius. Deniq; suos commilitones incitat ad specimen suæ virtutis edendum, vt prouocent lautiores illos nobiliores, qui ὁμότιμοι dicebantur, ad pugnam, si eam Cyrus velit decernere.

Ἐγὼ, ὦ Κῦρε, καὶ παῖτες οἱ παρόντες Πέρσαι, ἡγοῦμαι μὲν ἡμᾶς ὀκ τὸ ἴσου νῦν ὁρμᾶσθαι πάντας εἰς τὸ ἀγωνίζεσθαι περὶ ἀρετῆς. ὁρῶ γὸ ὁμοίᾳ μὲν τροφῇ πάντας ἡμᾶς τὸ σῶμα ἀσκοῦντας, ὁμοίους δὲ σωτηρίας πάντας ἀξιουμένους, τὰ δὲ αὐτὰ καλὰ πᾶσιν ἡμῖν προκείμενα. τό, τε γὸ τοῖς ἄρχουσι πείθεσθαι ὀν κοινῷ κεῖται, καὶ ὃς αὖ φανῇ τοῦτο ἀπροφασίστως ποιῶν, τοῦτον ὁρῶ σφόδρα Κύρου τιμῆς τυγχάνοντα· τό, τ' αὖ τοὺς τοιούτους ἄλκιμον εἶναι, οὐ τῷ μὲν προσῆκον, τῷ δ' οὔ, ἀλλὰ πᾶσι καὶ τοῦτο προκήρυκται κάλλιστον εἶναι. ναῦν δ' ἐγὼ φημὶ ἡμῖν καὶ δέδεικται μάχη, ἰὼ ἐγὼ ὁρῶ πάντας ἀνθρώπους φύσει ὀπισαμένους, ὥσπερ γε καὶ ἄλλα ζῶα ὀπίσατα πρὸς μάχην ἔκαστα, οὐδὲ παρ' ἑνὸς ἄλλου μαθόντα ἢ παρὰ τῆς φύσεως· οἷς ὁ βοῦς κέρασι παίειν, ὁ ἵππος ὁπλῇ, ὁ κύων στόματι, ὁ κάπρος ὀδόντι· καὶ φυλάττεσθαι δέ (ἔφη) ὀπίσατα τοῦτα πάντα ἀφ' ὧν μάλιστα δεῖ, καὶ τοῦτα εἰς οὐδενὸς διδασκάλου πώποτε φοιτήσαντα. καὶ ἐγὼ ὀκ παιδίου ἄνθρ μὲν προβάλλεσθαι ἠπιστάμην προ τοῦτου ὅτῳ ὤμην πλησιάσεσθαι, καὶ εἰ μὴ ἄλλο μηδὲν ἔχοιμι, τὼ χεῖρε προέχων ὀνεπόδιζον ὅ, τι ἠδυνάμην τὸν παίοντα. καὶ τοῦτο ἐπίστευον οὐ διδασκόμενος, ἀλλὰ καὶ ἐπ' ἀυτῷ τούτῳ παιόμενος εἰ προβαλλοίμην. μάχεσθαι γε μὴν ἄνθρ παιδίον ὢν ἤρπαζον ὅπου ἴδοιμι, οὐδὲ παρ' ἑνὸς οὐδὲ τοῦτο μαθὼν ὅπως δέοι λαμβάνειν ἄλλου ἢ παρὰ τῆς φύσεως, ὡς ἐγὼ φημι. ἐπίστευον γοῦν καὶ τοῦτο κωλυόμενος, οὐ διδασκόμενος· ὥσπερ καὶ ἄλλα ὅσα ἐστὶν ἀνθρώπῳ καὶ ὑπὸ παθῶς καὶ ὑπὸ μηθῶς, ὑπὸ τῆς φύσεως προάγειν ἀναγκαζόμενα, ἃ ναὶ μὰ Δία ἔπεσθόν γε τῇ μαχαίρᾳ παῦ ὅ, τι δυναίμην λανθάνειν. οὐ γὸ μόνον φύσει ὦ, ὥσπερ τὸ βαδίζειν καὶ τρέχειν, ἀλλὰ καὶ ἡδὺ πρὸς τὸ πεφυκέναι τοῦτο ποιεῖν ἐδόκει μοι εἶ). ἐπεὶ οὖν (ἔφη) αὖτη ἡ μάχη καταλέπεται, ὀν ᾗ προθυμίας μᾶλλον ἢ τέχνης ἔργον ὄσι, πῶς ἡμῖν οὐχ ἡδέως πρὸς τοὺς ὁμοτίμους ἀγωνιστέον; ὅπου γε τὰ μὲν ἆθλα σφ ἀρετῆς ἴσα προκειται, σφαλλομένοις δὲ ὀκ ἴσα εἰς τὸν κινδυνον ἴσμεν, ἀλλ' οὗτοι μὲν ἔνπνον βίον, ὃς βίων ἥδιστος, ὃς μόνος· ἡμεῖς δὲ ὀπίπονον μὲν, ἄπνον δ', ὃς σφ, οἶμαι, χαλεπώτατος μάλιστα, ὦ ἄνδρες, τοῦτό με ἀθύμως εἰς τὸν ἀγῶνα τὸν πρὸς τοὺς δὲ παρορμᾷ, ὅτι Κῦρος ἔσαι ὁ κρίνων, ὃς οὐ φθόνῳ κρίνει· ἀλλὰ (σὺν θεῶν ὄρκῳ λέγω) ἥ μιν ἐμοὶ δοκεῖ Κῦρος, οἷς πνας ἂν ὁρᾷ ἀγαθοὺς, φιλεῖν οὐδὲν ἧττον ἑαυτοῦ. τούτοις γοῦν ὁρῶ αὐτὸν ὅ, τι ἂν ἔχοι ἥδιον δι δόντα μᾶλλον ἢ αὐτὸν ἔχοντα. καίτοι (ἔφη) οἶδα ὅτι οὗτοι μέγα φρονοῦσιν ὅτι πεπαιδευνται δὴ καὶ πρὸς λιμὸν καὶ πρὸς δίψος καὶ πρὸς ῥίγος κάρτερεῖν, κακῶς εἰδότες ὅτι καὶ τοῦτα ἡμεῖς ἴσμεν κρείττονος διδασκάλου πεπαιδεύμεθα ἢ οὗτοι. οὐ γὰρ ὅτι διδάσκαλος τούτων οὐδεὶς κρείττων τῆς ἀνάγκης, ἥ ἡμᾶς καὶ λίαν ἀκριβοῖ τοῦτα ἐδίδαξε. καὶ πονεῖν μὲν οὗτοι δὴ τὰ ὅπλα φέροντες ἐμελέτων, ἃ ὅτι πᾶσιν ἀνθρώποις θυρηδύα ὡς ἂν ἀφορώτατα εἴη· ἡμεῖς δέ γε (ἔφη) ὀκ μεγάλοις φορτίοις καὶ βαδίζειν καὶ τρέχειν ἀναγκαζόμεθα. ὥστε νῦν ἐμοὶ δοκεῖν τὰ τῶν ὅπλων φορήματα πέπλοις μᾶλλον ἐοικέναι ἢ φορτίοις. ὡς οὖν ἐμοῦ γε καὶ ἀνιωμένου, καὶ, ὁπόσῳ πᾶς ἂν ὦ, κᾷ πῶ ἀξίαν τιμᾶσθαι ἀξιώσοντος, οὕτως (ἔφη) ὦ Κῦρε, γίγνωσκε. καὶ ὑμῖν δὲ, ὦ ἄνδρες δημόται, παρανῶ ὁρμᾶσθαι εἰς ἔριν ταύτης τῆς μάχης πρὸς τοὺς πεπαιδευμένους τοὺς δε. νῦν γὸ (ἔφη) ἄνδρες εἰλημμένοι εἰσὶν ὀν δημοτικῇ ἀγωνίᾳ.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

EQuidem Cyre, & vos Persæ quotquot adestis, ipse nos omnes arbitror æqualiter nunc animatos esse ad virtutis certamen. Video enim nos omnes simili alimento exercere corpora, & simili dignos congressu omnes iudicari, eadémque etiam nobis omnibus honesta proponi. Nã parere præfectis, omnibus cõmuniter propositum est: & quicunq; hoc libenter fecerit, hunc video à Cyro honorari. Ac præstare se fortem

omnibus in rebus aduersus hostes, nō alium decet, alium verò dedecet: sed hoc omnes decere maximè, antea iudicatum est. Nunc pugna quoque demōstratur nobis, ad quā video homines omnes à natura doctos: quemadmodum alia item animalia norunt singula pugnam quandam, quam neque ab alio quopiam didicêre quàm ab ipsa natura: veluti bos cornu percutere, equus vngula, canis ore, aper dente. Quæ quidem animalia omnia cauere etiam sciunt à quibus maximè est cauendum, & hæc quidem sine vllius prorsus doctoris præceptione. Atque ipse ego statim à puero sciebam aliquid opponere ei quo me percussum iri putabam: quòd si aliud nihil habebam, vtranque manum protendens, impediebam quantum poteram percutientem. Et hoc faciebam nō edoctus: quin propter hoc ipsum percutiebar, si quid *ictibus* opponerem. Gladium equidem continuò puellus adhuc rapiebam vbi viderem, quum neque à quoquam alio id didicissem vt capiundus est gladius, quàm à natura, vt dico. Faciebam igitur hoc item, quum tamen facere prohiberer, non docerer. quemadmodum sunt etiam alia, quæ, vetantibus & patre & matre, agere cogebar à natura. Ac percutiebam mediusfidius gladio quodcunque poteram clam percutere. Non enim erat solùm à natura, quemadmodū incedere & currere sed hoc facere: præterquā quòd à natura ingenitum erat, iucūdum etiam mihi videbatur. Verùm posteaquam hæc nobis pugna relicta est, in qua alacritatis magis quàm artis est opus, quî nobis nō iucundè certandum est aduersus hosce homotimos, vbi virtutis præmia proposita sunt paria? Quòd si conferimur, non pari no bis pro periculo proposita esse scimus: sed hi quidē habituri sunt vitam honorificam, nos verò vitam laboriosam quidem, sed inhonoratam: quæ mea sententia est molestissima. Maximè autem ô viri, hoc me ad obeundum bono animo certamen aduersus hosce incitat, quòd Cyrus iudicabit, qui non inuidè iudicat: sed videtur religioso iureiurando planum facere, si quos viros probos viderit, nihilo quàm seipsum minus eos amare. Hisce enim ipsum video iucūdius dare quicquid habeat, quàm sibi retinere. Quāquam ego istos animis elatis esse noui, quòd sint iam instituti & ad famem & ad sitim & ad frigus tolerandum: nescientes hi quidem hæc nos quoque didicisse à meliore magistro quàm ipsos. Nemo enim est horum præstantior doctor quàm necessitas, quæ hæc nos docuit diligentissimè. Hi laborem in ferendis armis exercebant, quæ omnes homines excogitarunt talia quæ facillimè gestari possent: nos autem in magnis oneribus & incedere & currere coacti sumus. adeo vt mihi videatur armorum gestamentum alis, potius quàm oneri, esse simile. Quamobrem Cyre me & certaturum, & qualiscunque fuero, digna meritis præmia postulaturum scito. Et vos ego moneo, viri plebeii, vt contendatis in hac pugna cum hisce viris pugnandi eruditis. nunc enim viri in plebeio certamine sumpti sunt.

Ex libro tertio.

CYRI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Acceperat in suam fidem Armenios Cyrus, quibus imminebant perpetuóque infesti erant Chaldæi. Statuit igitur eos ab ea calamitate vendicare. Erant autem editi & syluestres montes, quos insederāt Chaldæi, & crebris inde excursionibus ac populationibus subiectum Armeniæ agrum deuastabant. Eos vt inde deiiceret, suos instruxit, prius monitos hac oratione quid vellet. Cuius hæc summa est, vt doceat quam vtilitatem sit allatura locorum opportunitas, si hostium præsidia expugnent, & ostendat breuissima ad illa potiunda rationem in sola celeritare consistere: occasionis rem esse potius quàm prælii.

Ἄνδρες φίλοι, ἔστι μὲν τὰ ὄρη ταῦτα, ἃ ὁρῶμεν, Χαλδαίων· εἰ δὲ ταῦτα καταλάβοιμεν, καὶ ἐπ' ἄκρου γένοιτο τὸ ἡμέτερον φρούριον, σαφρονεῖν ἀνάγκη ἂν εἶναι τοὺς ἡμᾶς ἑκατέροις, τοῖς τε Ἀρμενίοις καὶ τοῖς Χαλδαίοις. τὰ μὲν οὖν ἱερὰ καλὰ ἡμῖν αἰσθωπίνη δὲ τοῦ θυμία εἰς τὸ προαθλῶν ταῦτα οὐδὲν οὕτω μέγα σύμμαχον ἂν γένοιτο ὡς τάχος. ἰὼν γὰρ φθάσωμεν τοὺς τοῖς πολεμίοις συλλεγῆναι ἀναβαίνοντες, ἢ παντὶ πάσιν ἁμαχεὶ λάβοιμεν ἂν τὸ ἄκρον, ἢ ὀλίγοις τε καὶ ἀδένεσι χρησαίμεθα ἂν πολεμίοις. ὥστ' οὐ πόνων οὐδὲ ἰς ῥάων οὐδὲ ἀκινδυνώτερος (ἔφη) ὁδὸς τοῦ νῦν καρτερῆσαι ἀσεύδοντας. ἔπειτα οὖν ὅπλα ὅπλα. καὶ ὑμεῖς μὲν, ὦ Μῆδοι, ἐν ἀριστερᾷ ἡμῖν προβείσεσθε· ὑμεῖς δὲ, ὦ Ἀρμένιοι, οἱ μὲν ἡμίσεις ἐν δεξιᾷ, οἱ δὲ ἡμίσεις ἕπεσθαι ἡμῖν ἡγείσθε. ὑμεῖς δὲ, ὦ ἱππεῖς, ὅπισθεν ἕπεσθε, διαπελεύσμενοι καὶ ὠθοῦντες αὖτω ἡμᾶς· ἰὼν δὲ πίσω λακωνήτω, μὴ ὄπισθε πέπτε.

EADEM LATINE,

Franciſco Philelpho interprete.

VIri amiciſſimi, montes hi quos videmus, ſunt Chaldæorum : hos ſi occupauerimus, & in vertice fuerit noſtrum præſidium, neceſſe ſit vt vtrique & Armenii & Chaldæi modeſtè erga nos ſe gerant. Et ſacrificia quidem nobis bene habent: humanæ verò alacritati ad hæc agenda nihil ita nobis magno erit adiumento vt celeritas. Nam ſi aſcenderimus priuſquam hoſtes congregentur, aut ſine pugna omnino capere poſſimus verticem, aut cum paucis & imbecillis hoſtibus res nobis fuerit. Laborum autem nullus eſt neque facilior neque tutior, quàm vt nunc conſtanter acceleremus. Ite igitur ad arma. & vos quidem Medi pergite nobis ad læuam : vos autem Armenii in duas partes diuiſi, pars ad dexteram nobis ſitis, pars ante nos præeatis: at vos equites poſt nos ſequimini, hortantes & vrgentes nos ſurſum. Quòd ſiquis molliorem ſe præſtiterit, ei aduerſamini.

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Magnam vim pecuniæ acceptam ab Armeniorum rege effuderat in donatiua Cyrus. Ea munificentia quum mirificè exhilaratos milites videret, hortatus eſt hac conciuncula omnes, vt magis ac magis in ſtudium virtutis incumberent. Ita enim ſibi nec quod largiretur, nec qui ea liberalitate digni eſſent, vnquam defuturos.

Ἄνδρες φίλοι, δοκεῖ ἡμῖν ἀφροσύνη τις νῦν παρεῖναι, ἢ ὅτι ἀπορία τις προσγεγόνηται, καὶ ὅτι ἔχομεν ἀφ' ὧν τιμᾶν ἔξομεν οἷς ἂν βουλώμεθα, καὶ τιμᾶσθαι ὡς ἂν ἕκαστος ἄξιος ᾖ. πάντως δὴ ἀναμιμνησκώμεθα τὰ ποῖα ἄττα ἔργα τούτων τῶν ἀγαθῶν ἐστιν αἴτια. σκοπούμενοι γὰρ εὑρήσετε τό, τε ἀγρυπνῆσαι ὅπου ἔδει, καὶ τὸ πονῆσαι, καὶ τὸ καρτερῆσαι, καὶ τὸ μὴ εἶξαι τοῖς πολεμίοις. οὕτως οἶμαι χρὴ καὶ τἆλλα πάντα ἄνδρας ἀγαθοὺς εἶναι, γιγνώσκοντας ὅτι ταῖς μεγάλαις ἡδοναῖς καὶ τἀγαθὰ τὰ μεγάλα ἢ πειθὼ καὶ ἡ καρτερία καὶ οἱ ἐν τῷ καιρῷ πόνοι καὶ κίνδυνοι παρέχονται.

EADEM LATINE,

Franciſco Philelpho interprete.

VIri amiciſſimi, videtur nobis quædam nunc adeſſe lætitia, & quòd opulentia quædam eſt addita, & quòd ea habemus quibus honorare poterimus quos velimus, & honorari quoque pro dignitate cuiuſque. Omnino autem reminiſcamur, quæ qualiáque opera horum fuere bonorum cauſa. Nam ſi vobiſcum velitis animo volutare, inuenietis & vigilaſſe vbi oportebat, & laboraſſe acceleraſſéque, & hoſtibus non ceſſiſſe, fuiſſe in cauſa. Sic igitur eſt opus, præſtetis voſmetipſos in poſterum viros fortes: illud ſanè intelligentes, magnas voluptates, maximáque bona præberi ab obedientia, perſeuerantia, tempeſtiuiſque & laboribus & periculis.

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Quum bellum magis duceret quàm gereret hoſtis, aduerſus quem ſuſcepta erat pro Cyaxaris defenſione expeditio, pertæſus tantæ cunctationis Cyrus, vltrò Cyaxarem appellat, conſiliumque illi ſuum aperit hac oratione. Placere ſibi dicit ex Media mouere, & ad hoſtem vltrò tendere. Profectionis illius multa commoda oſtẽdit. Pertinere enim & ad commeatuum facultatem, & ad Mediæ trãquillitatem, ad terrorem hoſtilem, & ad militis ſui fiduciam, quum qui bellum propulſabat, nunc inferet.

Οἶδα μὲν, ὦ Κυαξάρη, ὅτι ἃ μέλλω λέγειν, σοὶ πάλαι δοκεῖ οὐδὲν ἧττον ἢ ἡμῖν· ἀλλ' ἴσως αἰσχύνῃ λέγειν τοῦτο, μὴ δοκῇς, ἀχθόμενος ὅτι τρέφεις ἡμᾶς, ἐξοδον μεμηνέναι. ἐπεὶ οὖν σὺ σιωπᾷς, ἐγὼ λέξω ταῦτα σοῦ τε καὶ ἡμῶν. ἡμῖν μὲν δοκεῖ πᾶσιν, ἐπειδὰν παρεσκευάσμεθα, μὴ ἐπισθὰν ἐμβάλλωσιν οἱ πολέμιοι εἰς τὴν σὴν χώραν, πρὸ μάχεσθαι, μηδ' ἐν τῇ φιλίᾳ καὶ δημίους ἡμᾶς ἔασομέν, ἀλλ' ἰέναι ὡς τάχιστα εἰς τὴν πολεμίαν. τοῦτο μὲν γὰρ ἐν τῇ σῇ χώρᾳ ὄντες, πολλὰ τῶν σῶν σινόμεθα ἄκοντες· τοῦτο δ' εἰς τὴν πολεμίαν ἰόντες, τὰ ἐκείνων κακῶς ποιήσομεν ἡδόμενοι.

ἔπειτα νεῶν μὲν σὺ ἡμᾶς πρέφεις, πολλὰ δαπανῶν· ἐὼ δ' ἐκρατυόμεθα, τρεφόμεθα ὀκ τῆς πολεμίας. ἐπὶ δὲ εἰ μὲν μείζων τις ἡμῖν κίνδυνος ἔμελλεν εἶ) οἰκεῖ ἢ ἐνθάδε, ἴσως τὸ ἀσφαλέστατον ἐὼ ἂν αἱρετέον· νῦν δὲ ἴσοι μὲν ἐκεῖνοι ἔσονται, ἐάν τε ἐνθάδε ὀλίγοντες αὐτοῖς μαχώμεθα, ἐάν τε εἰς ἐκείνων ἰόντες ἐπ' αὐτῶν μὲν αὐτοῖς. ἴσοι δὲ ἡμεῖς ὄντες μαχούμεθα, ἐὼ τε ἐνθάδε ἐρχομένοις αὐτοῖς δεχώμεθα, ἐὼ τε ἐπ' ἐκείνοις ἰόντες πλὴν μάχῃ σωφάτερον. πολὺ μᾶλλον ἡμεῖς βελτίοσι καὶ ἐρρωμενεστέραις ταῖς ψυχαῖς τῶν ἑτεροπατῶν χρησόμεθα, ἐὼ ἴωμεν ὅπῃ τοῖς ἐχθροῖς, καὶ μὴ ἀκοντες δοκῶμεν ὁρᾶν τοῖς πολεμίοις. πολὺ δὲ καὶ ἐκεῖνοι μᾶλλον ἡμᾶς φοβηθήσονται, ὅταν ἀκούσωσιν ὅπου οὐχ ὡς φοβούμενοι πλησόμεν αὐτοῖς οἴκοι καθήμενοι, ἀλλ' ἐπὶ αἰθανόμεθα τρεσόντας, ἀπαντῶμέν τε αὐτοῖς ἵν' ὡς τάχιστα συμμίξωμεν, καὶ οὐκ ἀναμένομεν ἕως ἂν ἡμετέρα χώρα κακῶται, ἀλλὰ φθάνοντες ἤδη δηοῦμεν τὴν ἐκείνων γῆν. καίτοι (ἔφη) εἴη ἐκείνους μὲν φοβερωτέρους ποιήσομεν, ἡμᾶς δὲ αὐτοὺς θαῤῥαλεωτέρους, πολὺ τοῦτο τῶν ὑμῖν ἐγὼ πλεονέκτημα νομίζω, καὶ τὸν κίνδυνον οὕτως ἡμῖν μὲν ἐλάττω λογίζομαι, τοῖς δὲ πολεμίοις μείζω πολὺ ἂν μᾶλλον. καὶ ὁ πατὴρ αἰεὶ λέγει, καὶ σὺ φῄς, καὶ οἱ ἄλλοι δὲ πάντες ὁμολογοῦσιν, ὡς Αἱ μάχαι κρίνονται μᾶλλον ταῖς ψυχαῖς, ἢ ταῖς τῶν σωμάτων ῥώμαις.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

NON equidem nescius sum, Cyaxares, quæ à me dicenda sunt, ea tibi iandiu nihilo minus visa esse quàm nobis: sed pudet te fortassis ea dicere, ne videaris idcirco de educendo exercitu facere mentionem, quoniam molestè feras nos alere. Quare posteaquam ipse taces, loquar ego & tua & nostra causa. Nobis enim videtur omnibus, quandoquidem parati sumus, non tum demum pugnandum esse quum hostes in agrum tuum impetum fecerint, neque in amica regione sedentibus hostes esse expectandos: sed in illorum potius regionem primo quoque tempore esse irruendum. Nunc enim quum in tua sumus regione, magnum rebus tuis vel inuiti detrimentum inferimus. quòd si in hostilem eamus terram, res eorum quamlibentissimè damnis afficiemus. Præterea abs te ipsi nunc alimur, magna tua cum impensa: at si aduersus hostes eduxerimus exercitum, ex illorum agro alimenta capiemus. Insuper si maius nobis illic quàm hîc periculum impenderet, fortassis id esset experendum quod securius foret: sed nũc pares illi futuri sunt, siue hîc expectemus, seu in illorum regionem iis obuii eamus: & nos item pares sumus pugnaturi, siue eamus pugnatum aduersus illos, seu hîc illos adorientes excipiamus. Sed multò profectò præstantioribus robustioribúsque vtemur militum animis, si eamus aduersus inimicos, neque inuiti hostes aspicere videamur. Longè etiam illi magis nos metuent, vbi audierint nos nequaquam sui tanquam terrore exanimatos domi sedere: sed posteaquam eos sentimus aduenientes, & ipsis occurrere quamcelerrimè manum conserturos, & minimè expectare donec nostra regio detrimentum patiatur, sed anteuertentes potius vastare iam illorum solum. Ac si quidé maiorem illis metum iniecerimus, & nosipsos alacriores fecerimus ad audendum, hoc ego nobis maximo lucro cessurum puto: & hoc item modo periculi nobis minus, hostibus verò plus fore censeo. Nam (vt & meus pater dicere semper solet, & tu dixisti, & alii omnes consentiunt) PRAELIA animis longè magis quàm viribus corporum iudicantur.

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Cyrus mox prælium commissurus, suos ad pugnam prius animare vult. Idcirco principes eorum τοὺς ὁμοτίμους conuocat, & in eorum corona ita concionatur. Sed quia eorũ partim erant veterani, à primo militiam sequuti, partim tyrones nuper allecti, priores illos quum iussisset conuenire, ita officii commonefacit, vt in iis diligẽtiam & fidelem traditæ disciplinæ memoriam laudet: ideóque longiore monitione supersedeat, tantùm mandet, vt recentiores illos & ea re rudiores instituant, iis omnis officii magistri sint, & exemplo virtutis præeant. Ita neque sibi, neque aliis defuturos.

Ἄνδρες, οἱ μὲν θεοὶ, ὡς οἶπε μαίτεις φασὶ δὲ ἐμοὶ συνδοκεῖ, μάχην τ' ἔσεσθαι τρεσαγέλοιοι, καὶ νίκην δι δόασι, καὶ σωτηρίαν προϋπέχουσι ταῦ ὧν τοῖς ἱεροῖς. ἐγὼ δὲ ὑμῖν μὲν παραινῶν ὁπίοις πρὸς χρὴ εἶ) ὧν περὶ τοιῶδε, αἰσχύομαι ἂν. οἶδα γὰρ ὑμᾶς ταῦτα ὁπίσης ἐμοὶ ὁπισαμένους, καὶ ταῦτα μεμελετηκότας τε καὶ ἀκηκοότας καὶ ἀκούοντας ὅλα τέλοις ἄνδρ ἐγὼ, ὡς περ καὶ ἄλλους εἰκότως ἂν διδάσκοιτε πάντε. εἰ δὲ μή πυ ζαύετε καταγεγηκότες, ἀκούσατε. οἷς γὰρ νεωστὶ συμμάχοις τε ἔχομεν καὶ πειρώμεθα ἡμῖν αὐτοῖς ὁμοίους ποιεῖν, τούτοις δεῖ ὑμᾶς ὑπομιμνη-

σκειν ἐφ' οἷς τε ἐπιφερόμεθα ὑπὸ Κυαξάρους, ἅ τε ἠσκήμεθα, ἐφ' ἅπερ αὐτοὺς προκεκλήκαμεν, ὥς τε ἄσμενοι αὐτοῖς συνήσομεν ἡμῖν ἔφασαν ἔσεσθαι. καὶ ὑμεῖς δὲ αὐτοὺς ὑπομιμνήσκετε, ὅτι ἥδε ἡ ἡμέρα δείξει ὧν ἄξιος ἕκαστος ἐστίν. ὧν γὰρ ἂν ἄνθρωποι ὀλίγα θεοῖς ἡδύνωνται, οὐδὲν θαυμαστὸν εἰ πάνυ αὐτῶν καὶ τῶν ὑπομνήσοντος δέονται· ὅμως ἀγαπητὸν εἰ καὶ ἐξ ὑποβολῆς δυνάιντο ἄνδρες ἀγαθοὶ εἶναι. καὶ ταῦτα μὲν πρὸ πάντων, ἅμα καὶ ὑμῶν αὐτῶν πεῖραν λήψεσθε. ὁμῶν γὰρ δυνάμενος ὢν τοῖσδε καὶ ἄλλοις βελτίοις ποιεῖν, εἰκότως ἂν ἤδη καὶ ἑαυτῷ συνειδείη τελείως ἀγαθὸς ἀνὴρ ὤν· ὁ δὲ τῶν τοιούτων ὑπόμνησιν αὐτὸς μόνος ἔχων, καὶ τοῦτο ἀγαπῶν, εἰκότως ἂν ἡμιτελῆ αὐτὸν νομίζοι. τοιοῦτον δ' ἕνεκεν ὧν ἐγὼ (ἔφη) αὐτοῖς λέγω, ἅμα ὑμᾶς κελεύω λέγειν, ἵνα καὶ ἀρέσκειν ὑμῖν πειρῶνται. ὑμεῖς γὰρ καὶ πλησιάζετε αὐτοῖς, ἕκαστος τῷ ἑαυτοῦ μέρει. εὖ δ' ἴστε ἄν (ἔφη) ἕως ἂν θαῤῥοῦντας τούτους ὑμᾶς αὐτοὺς δείκνυτε, καὶ τούτοις καὶ ἄλλοις πολλοῖς οὐ λόγῳ, ἀλλ' ἔργῳ θαῤῥεῖν διδάξετε.

EADEM LATINE,

Franciſco Philelpho interprete.

VIri amici, dii immortales, quemadmodum & augures dicunt, & mihi etiam videtur, tum pugnam fore pronuntiant, tum dant victoriam, & ſalutem in ſacrificiis pollicētur. Quales autem vos eſſe oporteat, pudeat me ſanè admonere. Noui enim æquè vobis hæc eſſe cognita ac mihi, & eadem vos exercuiſſéque & audiſſe, audiréque aſſiduè, quæ etiam ego. vnde & alios meritò hæc docere poſſitis. Sed hæc nunc ſi minus conſideraſtis, auditote. Quos enim & nouiſſimè habemus ſocios, & enitimur facere nobis ſimiles, hi nobis admonendi ſunt, & quorum gratia à Cyaxare alebamur, & quæ ipſi exercebamus, & ad quas res eos inuitauimus: quapropter dixere ſe nobis adiutores fore. Et huius rei admonitos eos reddite, quòd hic dies demonſtraturus eſt quæ quiſque mereatur. Nam quas res homines ſerò diſcunt, non eſt mirandum ſiqui ipſorum admonitoris quoque indigent: verùm ſatis fuerit ſi vel ex admonitione ſe fortiter gerant. Quæ quidem agentes de vobis quoque vnà periculum facietis. nam qui poteſt in huiuſmodi re facere alios fortiores, ſibi iam meritò conſcius ſit abſolutæ ſuæ fortitudinis: qui autem horum admonitionem habet ſibi duntaxat, éſtque hac contentus, ſe iure ſemiperfectum exiſtimet. Ideo autem haud ego iis dico, ſed iubeo vos dicatis, vt etiam vobis placere ſtudeant. Vos enim iis eſtis proximi, quiſque ſuæ parti. Neque vos lateat, donec iſtis veſtram fiduciam oſtēderitis, & his & aliis multis non verbo ſed opere doctores fiduciæ futuri eſtis.

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Dimiſſis primis illis Cyrus orationem ad alios ὁμοτίμους conuertit, qui & ſtipendiis recentiores erant, & gradu inferiores. Eius orationis ſumma in cauſis & partibus officii verſatur. Cauſas oſtendit duas: locum, quem tuendum ſuſceperint, in quo turpe ſit quip piā per ignauiam peccaſſe: & victoriam, quæ illis præcipuo nomine eſt expetēda. Partes item duas, vt & bene præeſſe, & bene imperare quibus debent, ſciant.

Ἄνδρες Πέρσαι, ὑμεῖς καὶ πρὸ ὁμοτίμων γεγόνατε, καὶ ὁπλελεγμένοι ἐστὲ, οἱ δοκεῖτε τὰ αὐτὰ ἄλλα τοῖς κρατίστοις ὅμοιοι εἶναι, τῇ δ' ἡλικίᾳ καὶ φρονιμώτεροι. καὶ τοίνυν χώραν ἔχετε οὐδὲν ἧττον ἔντιμον πρὸ τῶν ἐσχάτων. ὑμεῖς γὰρ ὅπλα δὲν ὄντες, τοῖς τ' ἀγαθοῖς ἂν ἐφορῶντες καὶ ὁπλισκελεύοντες αὐτοῖς, ἔτι κρείττους ποιεῖτε· εἴτέ τις μαλακίζοιτο, καὶ τοῦτον ὁρῶντες ὅτι ἂν ὀρθῶς τρέποιτε αὐτῷ. συμφέρει δ' ὑμῖν, εἰ καὶ πέρ τῳ καὶ ἄλλῳ, τὸ νικᾶν, καὶ διὰ τὴν ἡλικίαν καὶ διὰ τὸ βάρος τῆς στολῆς. ἂν δ' ἔσω ὑμᾶς καὶ οἱ ἔμπροσθεν ἀναχαλῶντες ἕπεσθαι παρεχώσιν, ὑπακούετε αὐτοῖς. καὶ ὅπως μηδ' ὃν τρόπῳ αὐτῶν ἧττον θήσεσθε αὐτὸ παρακελεύόμενοι αὐτοῖς, θᾶττον ἡγεῖσθε ὅτι τοῖς πολεμίοις. καὶ ἀπόντων (ἔφη) ἀεὶ σπουδάζετε ὑμεῖς, ἵνα πειρᾶσθε τοῖς ἄλλοις ἐπιφανεῖς εἶναι εἰς τὰς τάξεις.

EADEM LATINE,

Franciſco Philelpho interprete.

VIri Perſæ, vos facti eſtis & homotimi, & electi, qui videmini aliis quidem in rebus viris fortiſſimis eſſe ſimiles, ætate verò etiam prudentiores: atque adeo habetis locum nihilo minus honeſtum quàm præfecti. Vos enim quum in poſtremo eſtis agmine, viros fortes obſeruantes ipſóſque adhortantes, reddere poſſitis etiam fortiores: quòd ſiquis molliorem ſe præſtiterit, hunc quoque videntes, nequaquam ei per-

UNED

mittatis. Conducit autem vobis victoria quãtum alteri cuiquam, tum propter ætatem, tum propter grauitatem stolæ. Quare si vos etiam qui anteriores sunt, acciuerint, sequique hortentur, ipsis obedite: & quò ne hac quidem in re sitis illis inferiores, ipsos adhortamini vt ocyus progrediãtur aduersus hostes. Atque abite (inquit) quúmq; & ipsi prandi fueritis, vnà cum aliis coronati ad ordines accedite.

ORATIO REGIS ASSYRIORVM.

ARGVMENTVM.

Assyrius, qui antea Medis bellum inferebat, pòst ab iis quos oppugnabat, illatum defendere est coactus: & quum vrgeretur, nec detrectandi certaminis rationem videret vllam, aciem instruere, & suis addere animos cœpit. Illius est hæc cõciuncula: in qua summa arte Xenophon seruat decorum, & personæ seruit. Nam hic rex non decus, nõ gloriam, non laudem, sed vt agrestibus & incultis hominibus detrimenta tantùm & periculi magnitudinem proponit. Summa est, agi omnia in hoc prælio, quæ habeant charissima, quibus incolumitatem præstare, nisi fortiter dimicando, non possint.

Ἄνδρες Ἀσσύριοι, νυῦν δεῖ ἄνδρας ἀγαθοὺς εἶναι. νυῦν γὰρ περὶ ψυχῶν ἡμῖν ὑμετέρων ὁ ἀγὼν, καὶ περὶ γῆς ἐν ᾗ ἔφυτε, καὶ περὶ οἴκων ἐν οἷς ἐτράφητε, καὶ περὶ γυναικῶν δὲ καὶ τέκνων, καὶ περὶ πάντων ὧν κέκτησθε ἀγαθῶν. νικήσαντες μὲν γὰρ ἅπαντων τούτων ὑμεῖς, ὥσπερ πρόσθεν, κύριοι ἔσεσθε· εἰσὶ γὰρ ἡδὺ σώσασθε, εὖ ἴστε ὅτι καὶ παραδώσετε τοῦτα πάντα τοῖς πολεμίοις. οἵ τε οὐκ νίκης ἐρῶντες, ἀμύχεσθε μᾶλλον γὰρ, τὸ κρατεῖν βουλομένοις, τὰ τυφλὰ τῶν σωμάτων & ἄοπλα καὶ ἄχρεα τοῦτα ἀναπάλλειν τοῖς πολεμίοις φεύγοντας. μᾶλλον δὲ ἢ εἶπε ζῆν βουλόμενος φεύγειν ὀκνήσειεν, εἰδὼς ὅτι οἱ μὲν νικῶντες σώζονται, οἱ δὲ φεύγοντες ὑποθήσκουσι μᾶλλον ἢ μένοντες. μᾶλλον δὲ καὶ εἴπερ χρημάτων ὀκνήσειεν, ἤπερ προσήκει. πῶς γὰρ οὐκ οἶδεν ὅτι οἱ μὲν νικῶντες τὰ τῶν ἐναντίων σώζουσι, τὰ δὲ ἡττώμενοι πολεμίων ἡττωμένων προσλαμβάνουσιν, οἱ δὲ ἡττώμενοι ἅμα ἑαυτούς τε καὶ τὰ ἑαυτῶν πάντα ἀποβάλλουσιν;

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

VIri Assyrii, nunc opus est viros fortissimos vos præstetis. per hoc enim temporis de vita vobis propositum est certamen, de solo vbi orti estis, de ædibus in quibus estis & alti & educati, de vxoribus, de liberis, ac de bonis omnibus vestris. Nam si quidem viceritis, estis harum omnium rerum domini futuri, vt antea: sin victi fueritis, hæc omnia tradetis hostibus. quare si victoriã amatis, manete ac pugnate. STVLTVM est enim qui potiri volunt victoria, hos terga, & eas corporis partes quæ & oculis & armis carent & manibus, per fugam aduersariis opponere. Sultus etiam est, si quis vitæ appetens se fugæ commiserit, quum non sit ignarus victoria parari salutẽ, at mortem fugientes magis quàm manentes occumbere. Atque ille quoque stultus est, qui pecuniarum cupidus vinci æquo animo patiatur. Quis enim ignorat, victores & suas sibi res saluas facere, & succumbentium bona etiam capere? victos autem & seipsos vnà & sua omnia amittere?

CYRI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Hæc quidem disputatio potius est, quàm oratio: quippe subiecta est ei thesis, nõ hypothesis: sed tamen quia profecta est ab hypothesi, quod ex argumento patet, & quia in magna militum frequentia est habita, non incommodè in orationum numero reponetur. Eius hoc est argumentum. Producti quidam perfugæ dicebant educi ab Assyrio copias, & monendo hortandóque militum animos acui. Dedit ea res sermonem Cyro & Chrysantæ, qui vltrò ac citrò quæsiuerunt, possétne ignauis hominibus vna aut altera concione ignauia eripi. Dubitat Chrysantas. Cyrus negat, cuius hîc est exposita disputatio. Eius argumenta ducuntur à contentione fortitudinis & ignauiæ: à causis, effectis, officio fortitudinis: breui oratione non posse ingenerari grauissimam virtutem in imbutis cõtrario vitio animis. Docet quàm laborioſa sit præceptio illius virtutis, si ex tẽpore discenda sit, quum inferendæ sint nouæ opiniones, & animus à pernicioſis reflectendus, quibus irretitus abhorret ab ea virtute.

Ἦ καὶ δεινὸν ἂν, εἷς λόγος ῥηθεὶς αὐθημερὸν ἱκανὸς μὲν ἐμπλῆσαι τὰς ψυχὰς τῶν ἀκουσάντων, ἢ ἀπὸ τῶν αἱρέσεων κωλῦσαι, ἐφεστηκέναι δὲ ὡς χρὴ, ἐπιτηδεύειν μὲν ἕνεκα πάντα μὲν πόνον, πάντα δὲ κίνδυνον

ἐπιδεῖσθαι, λαβεῖν δ' ἐν ταῖς γνώμαις βεβαίως τοῦτο, ὡς αἱρετώτερόν ἐστι μαχομένους ἀποθνήσκειν μᾶλλον ἢ φεύγοντας σωθῆναι; ἆρ' οὖν, εἰ μέλλοιτε τοιαῦτα διανοίας ἐγγραφήσεσθαι ἀνθρώποις ἐν ἔμμονοι ἔσεσθε, πρῶτον μὲν νόμους ἐπανορθοῦσθαι δεῖ τοιούτους, δι' ὧν τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ἔνπλους καὶ ἐλεύθερος ὁ βίος προσκεκυαθήσεται, τοῖς δὲ κακοῖς παπινός τε καὶ ἀλγεινὸς καὶ ἀβίωτος ὁ αἰὼν ἐπανακείσεται; ἔπειτα διδασκάλους, οἶμαι, δεῖ καὶ ἄρχοντας ὑπὸ τούτοις γενέσθαι, οἵτινες δείξουσί τε ὀρθῶς ἐν διδάξουσι καὶ ἐθήσουσι ταῦτα δρᾶν, ἕως ἂν ἐγγενῆ αὐτοῖς τοῖς νῦν ἀγαθοῖς καὶ ἀκλεέστατοι δυσδαιμονέστατοί τε ὧν ἔγωγε νομίζειν, τοῖς δὲ κακοῖς ἐν δικλεέστατοι, ἀθλιώτατοί τε πάντων ἡγήσασθαι. οὕτω γὰρ δεῖ σφόδρα τοῦτο ἡγεῖσθαι χρὴ τοῖς μέλλοντας τῷ ὄντι πολεμίων φόβου ἢ μάθημα κρεῖττον παρέξεσθαι. εἰ δέ τοι ὄντων εἰς μάχην σὺν ὅπλοις, ἐν ᾧ πολλοὶ καὶ νῦν παλαιῶν μαθημάτων ἐξίστανται, ἐν τούτῳ δυνήσεταί τις ἐπορρᾳδίως τοῦτο χρῆμα ἄνδρας πολεμικοὺς ποιῆσαι, παύτων ἂν ῥᾷστον εἶη ἐν μανθάνειν καὶ διδάξαι τὸν μεγίστην ἀρετὴν ἐν ἀνθρώποις ἀρετῶν. ἐπεὶ δὴ ἔχομεν οὐδ' ἂν τούτοις ὀρθῶς ἐμμόνοις ἔσεσθαι, οἷς νῦν ἔχοντες παρ' ἡμῖν αὐτοὶ ἡσθήσθην, εἰ μὴ καὶ ὑμᾶς ἐώρων παρόντας, οἵ καὶ τοῦ θράσους αὐτοῖς ἔσεσθε οἷοις χρὴ εἶναι, καὶ ἐπιβάλλειν δυνήσεσθε ἵν' ὀπλαναθάνωσι. τοὺς δ' ἀπαιδεύτους παντάπασιν ἀρετῆς δαιμάζοιμ' ἂν ὦ Χρυσάντα, εἴ τι πλέον ἂν ὠφελήσειε λόγος καλῶς ῥηθεὶς εἰς ἀνδραγαθίαν, ἢ τοὺς ἀπαιδεύτους μουσικῆς ᾆσμα καλῶς ᾀδὲν εἰς μουσικήν.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

NVM queat vna oratio eodem die auditorum animos verecundia implere, aut à turpitudine cohibere, atque inducere vt laudis gratia omnem laborem, omne periculum subeant, & vt hoc mentibus suis infixum habeant, expetendum magis esse mori pugnando quàm fugiendo seruari? Nónne si huiusmodi cogitationes debent in hominibus coalescere, stabilésque manere, leges primùm huiusmodi sint oportet per quas viris bonis vita honorifica liberalísque paretur, malis autem æuum proponatur & humile & molestum & mendicum? Dein magistri ac etiam principes, mea sententia, his præficiendi sunt, qui & rectè demonstraturi sint & docturi, assuefacturíque ad hæc facienda: donec eis inhæresçat penitus, viros bonos ac præclaros putandos esse indubitatò felicissimos, malos autem & famosos omnium miserrimos duci oportere. Sic enim affectos esse oportet qui disciplinam hostili metui sint prælaturi. Si verò tunc quum milites armati eunt in pugnam, (quo tempore multi etiã ea quæ iam olim didicerint obliuiscuntur) hîc potis quisquam erit verbis funditatis è vestigio bellicosos viros efficere, omnium facillimum certè sit & didicisse & docuisse maximã rerum humanarum omnium virtutem. Siquidem ne hosce quidem crederem stabiles futuros quos nunc habentes apud nos exercebamus, nisi præsentes vos viderem, qui ipsis eritis exẽplo quales oporteat esse, & quod eos latuerit, poteritis suggerere. At ignaris omnino virtutis mirarer equidem Chrysanta, siquid plus apposita oratio prodesset ad probitatem, quàm musicæ indoctis pulchrè cantatum carmen ad musicam.

Ex libro quarto.

CYRI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Prælio commisso inter Assyrios & Persas, eorúmque socios Medos, inclinata iam acies Assyriorum, & in fugam effusa: mulierum vlulatu & querela, ac ducum pudore, ægrè reuocata est & repressa fuga. Cyrus tum exploratam victoriam longius persequi noluit, eámque receptui iussit, ac mox concionem conuocari: vbi ille victoriam suis & egregiam virtutem gratulatus est, simul cohortatus vt grati erga deos immortales essent. Collaudauit vniuersos. De præmiis verò nihil se prius posse constituere dixit, quàm ex ordinum ductoribus singulorum facta cognouisset: vnum tamen, cuius ipse spectator virtutis fuerat, Chrysantam & laudibus & præmiis ornat. Reliquam multitudinem dimittit commonefactam, vt ita sua fortitudine gauderet, vt in posterum eam etiam alacrius, quum vsus foret, expromeret: vteretúrque victoriæ huius memoria ad iucundos virtutis fructus æstimandos.

Ἄνδρες Πέρσαι, πρῶτον μὲν τοὺς θεοὺς ἐγώ τε ἐπαινῶ ὑμῖν καλὸν ἀποτετελεσμένους ὧν δ' ἕκαστος ἄξιος ἐπιδέδειχεν ἑαυτὸν διώκαμαι, καὶ ὑμεῖς πάντες, οἶμαι, νίκης τε πρὸ παρ' ὧν πρόσθεν ἔσχηκεν πυθόμενος, πῶς πάλιν ἀξίαν ἕκαστον καὶ πυνθάνεσθαι καὶ σωτηρίας. τούτων μὲν οὖν χρὴ λόγῳ καὶ ἔργῳ πειρασόμενα ἀποδιδόναι. τὸν δ' ἐμοῦ ἐγὼν ὧν ἂν ἔχωιδη τοῖς θεοῖς ἀποτελεῖν. ἐγὼ δὲ συμπάντας μὲν τὰ ἄξια ἔργα κρίνειν Χρυσάνταν οὐδὲν παρ' ἄλλων δέομαι ὑμᾶς ἤδη ἐπαινῶ. ἕν δὲ χρῆμα οὐκ ἐπαινῶ πυθάνεσθαι, ἀλλ' αὐτὸς οἶδα οἷος ὢν. τὰ μὲν δὴ ἄλλα,

ὅσα γε δύναμαι καὶ ὑμεῖς πάντες, ἐποίει ἐπὶ σοὶ ἐγὼ παρηυξύνησα ἐπανάγειν, καλέσας ὀνόματι αὐτὸν, αὐλητὴν μέγιστον ἐπὶ τῷ μάχεσθαι ὡς πάσων πολέμιον, ὃν ἤκουσε τέμου ἀθυμοῦντος, καὶ ἀφεὶς ὃ ἔμελλε ποιεῖν, τὸ κελευόμενον ἔπραξεν. αὐτός τε γὰρ ἐπανῆγε, καὶ τοῖς ἄλλοις μάλα ἐπιστερχῶς παρηυξύνα. ὥστ' ἔφθασεν ἔξω βελῶν τὴν τάξιν ποιήσας, πρὶν τοὺς πολεμίους καταπονῆσαί τε ὅτι αἰσχρῶς μὴ, καὶ πρὸ ὀνπείναδαι, καὶ τὰ παλαιὰ ἐπαφῆναι. ὥστε αὐτός τε ἀβλαβὴς, καὶ τοῖς ἑαυτοῦ ἄνδρας ἀβλαβεῖς δεδὸ πείθεσθαι παρέχεται. ἄλλους δ' ὁρῶ πρῳθυμίους, ἐξ ὧν ἐγὼ σκεδάμενος ὃν ὁπόθεν χρόνῳ ἐπρώθησαν, πότε πρὸ γνώμην ἐξ αὐτοῦ ἀποφανοῦμαι. Χρυσάνταν δὲ καὶ ἐργάτην τοῦ πολεμικοῦ, καὶ φρόνιμον, καὶ ἄρχεσθαι ἱκανὸν καὶ ἄρχειν, χιλιαρχίᾳ μὴ ἤδη ὑμῖν ὅταν δὲ καὶ ἄλλο τι ἀγαθὸν ὁ θεὸς δῷ, οὔτε τότε ὑπολήσομαι αὐτό. καὶ πάντας δὲ ὑμᾶς βούλομαι ἐπομνῆσαι. ἃ γὰρ νῦν ἔδεσθε ἐν τῇ μάχῃ τῇδε, ταῦτα ἐνθυμούμενοι μὴ ποτε παύσησθε, ἵνα παρ' ὑμῖν αὐτοῖς αἰεὶ κρίνητε πότερον ἡ ἀρετὴ μᾶλλον ἢ ἡ φυγὴ σώζει τὰς ψυχάς, καὶ πότερον οἱ μάχεσθαι θέλοντες ῥᾷον ἀπαλλάττοισιν ἢ οἱ μὴ θέλοντες, ἢ πίστιν τινὰ ἡδονὴν τὸ νικᾶν παρέχει. ταῦτα δὲ νῦν ἐρίσατε κρίναντ' αὖ, πεῖρά τε αὐτῆς ἔχοντες, καὶ ἐρπὶ γεγυμνασμένου τὸ σώματος. καὶ ταῦτα μὲν αἰεὶ διανοούμενοι, βελτίους αὖ ἔτι νῦν δὲ, ὡς καὶ θεοφιλεῖς καὶ ἀγαθοὶ καὶ σώφρονες ἄνδρες, δείπνοποιεῖσθε, καὶ σπονδὰς τοῖς θεοῖς ποιεῖσθε, καὶ παιᾶνα ἐξάρχετε, καὶ ἅμα τὸ σῶμα γελλόμενοι σεσωσμένοι.

EADEM LATINE,

Iobo Veratio interprete.

PRincipiò diis immortalibus gratias ipse, quanta possum, ago, Persæ, & vos idem facere arbitror. Nobis enim vno tempore victoria & salus parta est: quas ob res diis sacrificia, quibus gratum animum testemur, ex iis quæ ad manum erunt, oportet persoluamus. Deinde vos omnes in præsentia equidem collaudo. (nam in re quæ gesta est egregia à vobis omnib⁹ opera est nauata) Pòst verò singulos pro meritis, vbi quæ cuiusq; sint merita de iis cõperero, de quibus par est, laudibus præmiisq; afficere conabor. De Chrysanta verò centurione, qui mihi est proximus, nihil me attinet ex aliis cognoscere. Scio ipse quem se ille præstiterit. Nam is cum cætera exequebatur, quæ vos item feciſſe omnes puto, tum verò quum ego receptui cani iussissem, eúmque nominatim vocassem, gladiúmque quo feriret, iam in hostem intentum haberet, mihi protinus dicto audiens fuit, missóque quod instituerat, imperata fecit. Nam & suos reduxit ipse, & alios vt idem facerent sedulò vrgebat. Itaque antè ordinem suum extra teli iactum deduxit, quàm hostis de receptu nostro quicquam suspicari, aut arcum intendere, iaculúmve torquere posset. quo fit, vt se & suos, quia morem imperanti gessit, integros sistat. Alios autem conspicio saucios: qui quo tempore vulnera acceperint vbi cognouero, quid de iis sentiam tum aperiam. Chrysantam verò qui res bellicas bene administret, magnáque hominem prudentia, quíque & præcipienti parere, & præesse ipse sciat, primùm hodierno die millenarium ordinem ducere iubeo: deinde in posterum, siquid nobis diuinitus datum fuerit, ne tum quidem illius virtutis obliuiscar. Sed & vos omnes commonitos volo. Quæ enim hodierno prælio estis experti, ea perpetuò meditamini, vt vos cũ animis vestris reputetis, certiúsne in fuga quàm in virtute sit salutis præsidium: & vtri sese facilius expediant, qui libenter se in certamina dant, an qui illa detrectant: postremò, quantum delectationis fructum afferat victoria. De his verissimè potestis hoc tempore existimare. nam vos de iis periculum feciſtis, & res ipsa est recens. Atque harum rerum cogitatio vos virtute augere potest. Cæterùm vos hac pietate, hac virtute & moderatione præditos ad curanda corpora dimitto, & diis libare iubeo, pæanem concinere, simúlque quæ mandata sunt, ea prouidere.

CYAXARIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Aduerso facto prælio, Assyrii castra in loco commodiore munierant: cui quum non satis fiderent, inde quoque metu sunt dilapsi: Eos, quoniam integri erant, nolebat Cyrus cum parte copiarum insequi vniuersos, sed palantes & fusos excipere. Consilium communicat cum Cyaxare. is sibi probari negat, atque in eam sententiam pluribus disserit: cuius disputatio in hanc orationem coniecta est. Duo sunt argumenta præcipua, tranquillitatis vtilitas, & periculum auidioris victoriæ. Orditur à laude Persarum, qui rebus secundis efferri non consueuerint, & ab ipsius moderationis commendatione. Moderation is autẽ esse dicit, cum æquitate animi bono victoriæ perfrui: ac proinde cautum esse in

esse in adeundis periculis. Deinde docet quàm sæpe periculosè fugientes hostes, vel qui imbelles sunt, irritentur: vt sæpe hi desperatione perculsi victores ferocientes & exultantes opprimant. id similitudine confirmat. Postremò sibi esse difficile dicit suos Medos à præsentis lætitiæ fructu abstrahere, & ad nouum laborem compellere.

Ἀλλ', ὦ Κῦρε, ὅτι μὲν μάλιστα ἀνθρώπων μελετᾶτε ὑμεῖς οἱ Πέρσαι θεὸς μηδεμίαν ἡδονὴν ἀπλήστως δέχεσθαι, καὶ ὁρῶν καὶ ἀκούων οἶδα· ἐμοὶ δὲ δοκεῖ τῆς μεγίστης ἡδονῆς πολὺ μᾶλλον συμφέρειν ἐγκρατῆ εἶναι. μείζω δὲ ἡδονὴν τί παρέχει ἀνθρώποις ἀτυχίας, ἢ νῦν ἡμῖν παραγεγένηται; ἵν' μὲν οὖν, ἐπεὶ ἀτυχοῦμεν, σωφρόνως διαφυλάττωμεν αὐτὰ, ἴσως δυναίμεθ' ἂν ἀκινδύνως ἄνδρες μονοῦντες γηρᾶναι· εἰ δ' ἀπλήστως χρώμενοι τούτῳ, ἄλλου καὶ ἄλλου πειρασόμεθα διώκειν, ὀφείλει μὴ πάθωμεν ἃ πολλοῖς μὲν λέγουσιν ἐν θαλάττῃ πεπονθέναι, διὰ τὸ ἀτυχεῖν οὐκέτ' ἐθέλοντας παύεσθαι πλέοντας, ἕως ἂν ἀπολωνται· πολλοὺς δὲ νίκης τυχόντας, ἑτέρας ἐφιεμένους, καὶ πῶς θεόθεν ἀποβαλεῖν. καὶ γὰρ εἰ μὲν οἱ πολέμιοι ἦσαν ὄντες ὑμῶν ἔφυγον, ἴσως ἂν καὶ διώκειν ἐθέλοιμεν ἡμῖν ἀσφαλῶς εἶχε· νῦν δὲ καὶ παυόμενον πόσῳ αὐτῶν μέρει πάντες μαχεσάμενοι νενικήκαμεν· οἱ δ' ἄλλοι ἄμαχοί εἰσιν· οὓς εἰ μὲν μὴ αἰσχύνοιμεν μάχεσθαι, ἀγνοοῦντες καὶ ἡμᾶς καὶ ἑαυτοὺς, δι' ἀμαθίαν καὶ μαλακίαν ἅπαντα· εἰ δὲ γνόντες ὅτι καὶ ἀπόντες οὐδὲν ἧσσον κινδυνεύοιεν ἢ μένοντες, ὅπως μὴ αἰσχύνοιμεν αὐτούς, καὶ εἰ μὴ βουλονται, ἀγαθοὺς ἡγεόμεθα. ἴσθι γὰρ ὅτι οὐ δυ μᾶλλον τὰς ὀργὰς ἐκείνων γυναῖκας καὶ παῖδας ὅπως μεῖς λαβεῖν ἢ ἐκεῖνοι σῶσαι. ἐννόει δὲ ὅτι καὶ αἱ σύες ἐπειδὰν ὀφθῶσι, φύζησι καὶ πολλαὶ οὖσαι σιὼ τοῖς τέκνοις· ἐπειδὰν δέ τις αὐτῶν θηρᾷ ἢ τῶν τέκνων, οὐκέτι φύζῃ οὐδὲ σιὼ μία τύχη οὖσα, ἀλλ' ἕτεται δῆτα τὸν λαμβάνειν πειρώμενον. ἢν νῦν μὲν ὅπλα κατακλείσαντες ἑαυτοὺς εἰς ἔρυμα, παρέχοντες ἡμῖν θαμβύεσθαι, ὥστε ὁπόσοις ἐθέλομεν αὐτῶν μάχεσθαι· εἶτ' ἐν ἀθρυχωρείᾳ θεόσπιδι αὐτοῖς, ἢ μαθήσονται χωρὶς γενόμενοι, οἱ μὲν κατ' θεόσοπον ἡμῖν, ὥσπερ νῦν, ἀναπαύσονται, οἱ δ' ἐκ πλαγίου, καὶ ἄλλοι ἐκ τοῦ ἑτέρου πλαγίου, οἱ δὲ καὶ ὄπισθεν, ὅσα μὴ πολλῶν ἑκάστῳ ἡμῶν καὶ ὀφθαλμῶν καὶ χειρῶν δεήσοι. θεὸς δ' ἔπι, οὐ βουλοίμην ἂν ἔγωγε νῦν ὁρῶν Μήδους ἀθυμουμένους, ἐξαναστήσας αἰσχύνειν κινδυνεύοντας ἰέναι.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

VErùm, ô Cyre, quòd vos Persæ vni omnium hominum maximè meditamini nullius voluptatis insatiabili desiderio teneri, & ex visu noui & auditu: mihi autem videtur conducere longè magis siquis in maxima voluptate continentiam seruet. Sed quid præbet maiorem hominibus voluptatem quàm secunda fortuna, quę nobis hoc tempore contigit? Igitur si, quoniam res nobis secundæ sunt, voluptate ipsa temperanter vtamur, fortasse possimus nullis obnoxii periculis felicitatem vitæ ad senectutem vsque producere: at si ea insatiabiliter fruentes, aliam atque aliam persequi nitemur, videte ne eadem patiamur quæ multos ferunt passos in mari, qui dum propter prosperam fortunam conquiescere à nauigatione noluissent, periere. Sic item multi victoriam cõsequuti, dum alteram appetiuissent, amiserunt etiam priorem. Etenim si quidem hostes fugientes essent nobis pauciores, fortassis nos eos tutò vt pauciores adhuc insequeremur: sed velim nunc animo volutes, aduersus quantulam eorum partem quum ipsi omnes pugnauimus, victoriam adepti sumus. At alii manum haud cõseruerunt: quos si non cogamus pugnare, & nostri & sui ipsorum ignari, propter imprudentiam & animi mollitiem abibunt. Sin norint, vbi etiam abeant, nihilominus in periculo sese fore quàm si maneãt, *cauendum est nobis* ne eos cogamus vt vel inuiti fortes se præstẽt. Nec enim latere te debet, non maiorẽ tibi esse cupiditatẽ illorum vxores atq; liberos capiundi, quàm illis seruãdi. Cogitandũ præterea tibi est, sues, si multæ etiã sint, fugere vnà cũ natis, vbi viderint *venatorem*: sed vbi quis venetur quẽquã ex earũ natis, non amplius fugere, ne si vna sit quidẽ, sed ruere aduersus capere molientem. Et modò quum sese intra munitionem occlusissent, præbuerunt nobis pugnandi potestatem cum quanta ipsorum multitudine vellemus. Quòd si cum iis in lata cãporum planitie congrediemur, discẽntque obsistere separatim alii à fronte, *aduersi ex aduerso*, quemadmodum nũc, & alii ab vno latere, alii ab altero, alii à tergo: vide ne multis cuique nostrum opus sit & oculis & manibus. Adhæc, nolim equidem abstrahere nũc Medos ab hilaritate in qua sunt, atque eos cogere vt eant periclitatum.

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Desciuerant Hyrcani ab Assyriis ad Cyrum, & illius equitatum suarum copiarum accessione auxerant. Erant autem propter diuturnam seruitutem, (qua sordidiores quoq;

operas Assyriis præstabant, rudiores, & ab humano cultu bellicáque disciplina alieniores. Cyrus tamen ratus illorum aduentu commodam sibi occasionem oblatam dimicandi, & stratagematis edendi, constituit acie decernere, ac prius (instituto suo) animos suorum ad fortitudinem & alacritatem excitare. In eam sententiam hæc est ab eo habita oratio. in qua penè totus est in nouis auxiliaribus commonendis: quibus demonstrat fortitudinis commoda, rationem pugnæ, opportunitatem sui consilii, facultatem hostis ex improuiso adoriendi. Temeritatis, auiditatis, & ignauiæ pericula, cautiones denique necessarias inculcat: maximè verò propositis victoriæ emolumentis conatur animos incendere.

Ἄγετε δή, ὦ ἄνδρες Πέρσαι καὶ Μῆδοι, καὶ ὑμεῖς ὦ Ὑρκάνιοι, (ἤδη γὰρ καὶ πρὸς ὑμᾶς ὡς συμμάχους καὶ κοινωνοὺς διαλέγομαι) δεῖ μὲν οὐδένα νῦν ὅπως ἂν τοῦτο ἔσεσθαι ἀγνοεῖν, ἐν ὁποίῳ τῶν παρόντων καιρῷ ἐσμέν· ἔνθα μαλακισθέντες μὲν, πάντων αὖ τῶν χαλεπωτάτων τεύξεσθε. (ἴσασι γὰρ οἱ πολέμιοι ἐφ' ἃ ἥκομεν) ὑμεῖς δὲ κατὰ τὸ παρὸν ἐμβαλόμενοι ἴωμεν ῥώμῃ καὶ θυμῷ ὅτι τοῖς πολεμίοις, αὐτίκα μάλα ὄψεσθε, ὥσπερ δούλων ἀποδιδράσκοντας καὶ βύρσεσι κρυπτομένους, τοὺς μὲν ἱκετεύοντας αὐτοῖς, τοὺς δὲ φεύγοντας, τοὺς δ' οὐδὲ τοῦτο προνοεῖν δυναμένους. ἡμεῖς δὲ τοὺς μὲν ὑφ' ἡμῶν ἁλόντας, καὶ οὔτε οἰομένους ἥξειν, ὅτε σωτεπαγμένοι, οὔτε μάχεσθαι παρεσκευασμένους, κατειλημμένους ἕσονται. εἰ οὖν ἡδέως βουλοίμεθα καὶ δεῖπνῆσαι καὶ νυκτερεῦσαι καὶ βιοτεύειν τὰ ἀπὸ τοῦδε, μὴ δῶμεν αὐτοῖς σχολὴν μήτε βουλεύσασθαι μήτε προνοῆσαι μηδὲν ἀγαθὸν ἑαυτοῖς, μηδὲ γνῶναι πάμπαν ὅτι ἀνθρωποί ἐσμεν· ἀλλὰ γέρρα καὶ κοπίδας καὶ σαγάρεις ἅπαντα καὶ πλήκας ἥκειν νομιζόντων. καὶ ὑμεῖς μέν, ὦ Ὑρκάνιοι, ὑμᾶς αὐτοὺς προπέμψαντες ἡμῶν προπορεύεσθε ἔμπροσθεν, ὅπως ἡμῖν ὑμετέρων ὅπλων ὁρωμένων λανθάνωμεν ὁπλιζόμενοι. ἐπειδὰν δ' ἐγὼ πρὸς τῷ στρατεύματι ἡμῶν μαι τῶν πολεμίων, παρ' ἐμοὶ μὲν καταλείπεσθε ἕκαστοι τάξιν ἱππέων, ὡς, ἐάν τι δέῃ, χρῶμαι μᾶλλον τῷ στρατεύματι. ὑμῶν δὲ οἱ μὲν ἄρχοντες καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἐν τάξει ἐλαύνετε ἀθρόοι, εἰ σωφρονεῖτε· ἵνα μήποτε ἀθρόῳ τινὶ ἐντυχόντες ἀποδιαδῶσι τοῖς δὲ νεωτέροις ἐφίεσθε διώκειν. ἔστω δὲ καὶ νῦν τοῦτο ἀσφαλέστατον νῦν, ὡς ἐλαχίστοις τῶν πολεμίων λείπειν. ἵνα δὲ (τὸ πολλοῖς δὴ συμβεβηκὸς κρατοῦσι) τῷ τύχῳ αἰσχρέσθαι γίγνηται, φυλάξασθαι δεῖ τὸ ἐφ' ἁρπαγῇ τραπέσθαι. ὡς ὁ τοῦτο ποιῶν οὐκέτ' ἀνήρ ἐστιν, ἀλλὰ σκευοφόρος· καὶ ἐξεστι τῷ βουλομένῳ ἤδη χρῆσθαι τούτῳ ὡς αὐτοῦ. ἐκεῖνο δὲ χρὴ γιγνώσκειν ὅτι οὐδὲν ἐστι κερδαλεώτερον τοῦ νικᾶν. ὁ γὰρ κρατῶν, ἅμα πάντα σώζεται καὶ ἁρπάζει, καὶ τοὺς ἄνδρας, καὶ τὰς γυναῖκας, καὶ τὰ χρήματα, καὶ πᾶσαν ἅμα τὴν χώραν. πρὸς τοῦτο τοίνυν τοῦτο μόνον ὁρᾶτε, ὅπως τὴν νίκην διασώσωμεν. ὃν γὰρ τοῦτο κτήσεται, αὐτὸς ὁ ἁρπάζων ἔσται. καὶ τοῦτο ἅμα διώκοντες μεμνῆσθε, ἥκειν πάλιν ὡς ἐμὲ ἐπὶ φωτὸς ὄντος· ὡς σκότους γενομένου οὐδένα ἐπὶ πρόσω δεξόμεθα.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

AGite igitur viri Persæ Medíque, vósque Hyrcanii, (iam enim ad vos vt socios ac participes loquor) neminem hoc tempore ignarum esse oportet, in huiusmodi nos esse discrimine, vbi si molles ac remissos nos præstiterimus, extrema simus mala passuri: (norunt enim hostes quas ad res venerimus) at si pro virili parte quisque irruamus aduersus hostes validè atque ingenti animo, actutum aspicietis tanquam fugitiuos repertos seruos, alios supplices sese præstare, alios fugere, alios ne hæc quidem posse mente percipere. Nam & victi nos aspicient, & quum neque venturos nos arbitrarentur, neque instructi, neque ad pugnam parati essent, capti erunt. Quare si velimus posthac suauiter & cœnare & pernoctare, nolimus istis otium dare, neque boni quicquam consultandi, neque cognoscendi omnino quot homines sumus, sed omnia veniisse putent & crates, & mucrones, & secures, & vulnera. Et vos ô Hyrcanii, proximos hostibus vosmetipsos facientes, ante nos procedite, quò visis armis vestris lateamus quamplurimũ temporis. Sed vbi ipse iuxta agmen hostium fuero, linquite singuli apud me ordinem equitum, quò ipse intra aciem manens, iis vtar siquid opus fuerit. E vobis autem præfecti atque seniores in ordine, si sapitis, frequentes inuadite, quò nunquam in confertam multitudinem aliquam incidentes vim patiamini. At iuniores ĩnite insequi hostes. Et hi quidem hostes occidunto. hoc enim per hoc temporis est maximè tutum, illorum pauciſſimos relinquere. Sin, (quod multis iam accidit vincentibus) vobis fortuna aduersetur, cauendum est ne vos ad rapinam conuertatis. nam qui hoc fecerit, non sit habendus amplius vir, sed homo sarcinarius, liceátque volenti cuique vt hoc iam vtatur pro mancipio. Illud autem ignorandum non est, NVLLVM esse victoria maius lucrum. nam qui vincit, omnia rapit, vnà & viros & mulieres, & pecunias, & regionem totam. Adhæc, solùm hoc respicite vt victoriam seruemus: in hac enim etiam ipse raptor continetur. Atque hoc simul, dum hostes insequimini, mementote vt retrò adhuc per lucem ad me eatis: quia tenebris factis neminem amplius admittemus.

UNED

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Fusis à Cyro Assyriis,& parta victoria, longius bonam copiarum partem quæ ex sociis constabat,insequendi cupiditas produxerat. Cyrus suos receptui canere,& in castra reuersos corpora curare iusserat:eorum quoque qui aberant commodis prospiciens,edixerat vt duplum quàm pro diurno victu,pararent.Instructis ita mensis conuocat centuriones,& cui apparatum illum imperasset,declarat. Hortatur enim hac oratione, vt libenter illas epulas absentibus,vbi venerint,impertiant. Maximam hac liberalitate ab illis gratiã inituros· in quorũ beneuolẽtia magnum sit illis ad reliquũ tempus paratum præsidium.Officiosi esse hominis,bene de aliis merendi facultatem suis commodis & voluptatibus anteferre.Accedere etiam quòd periculosa sit nimia ingurgitatio,id præsertim temporis quum victorum securitati & oscitãtiæ insidiantur victi. Erat etiam redacta ex præda pecunia in milites dispertiẽda: monet ideo Cyrus,vt parem liberalitatẽ ad eam partitionem conferant. Vtrunque benignitatis genus constare illorum moribus & patriæ disciplinæ.

Ἄνδρες φίλοι, γιγνώσκομέν ὅτι νῦν ἔξεστιν ἡμῖν τοῖς ὑστέροις τῶν ἀπόντων συμμάχων ἀρίστου τυχεῖν, καὶ τοῖς μάλα ἐσπουδακόσι σπίσι καὶ ποτοῖς χρῆσθαι· ἀλλ' οὔ μοι δοκεῖ τοῦτ' αὐτὸ ἄριστον πλέον ὠφελῆσαι ἡμᾶς ἢ τὸ τῶν συμμάχων δόξαι μεμελῆσθαι φανῆναι· οὐδὲ γὰρ αὐτὰ ἰσχυροτέρους τοσοῦτον ποιῆσαι ὅσον εἰ δυναίμεθα τοῖς συμμάχοις τοιούτους ποιεῖσθαι. εἰ δὲ τῶν νῦν δυνακόντων καὶ κακῶς ποιούντων τοὺς ἡμετέρους πολεμίους, καὶ μαχομένων εἶτα ἐναντιοῦσθαι, τούτων δοκοῦμεν οὕτως ἀμελεῖν, ὥστε καὶ πρὶν εἰδέναι, ὅτι πεπράξονται, ἡδέως πάντες φαίνεσθαι, ὅπως μὴ αἰσχροὶ μὲν φανούμεθα, ἀδενεῖς δὲ ἐσόμεθα, συμμάχων ἐπορουῶντες. τὸ δὲ τῶν πονούντων καὶ κινδυνευόντων ἐπιμελῆ θεῖναι πάντα, ὅπως εἰσόντες τὰ ἐπιτήδεια ἕξουσιν, οὕτω καὶ ἡμᾶς ἡ δοίνη πλείω ὠφελήσειεν, ὡς ἐγὼ φημι, ἢ τὸ παρὰ χρῆμα τῇ γαστρὶ χαρίσασθαι. σκοπεῖτε δὲ καὶ ὧδε μὴ οὐκ ἐκείνους αἰσχυντέον ἦ, οὐδὲ ὡς ἡμῖν πρόσκεισθε οὐδὲ πλησμονῆς ποτε, οὐδὲ μέθης. οὐ γὰρ πω δέδοκται ἡμῖν ἃ βουλόμεθα, ἀλλ' αὐτὰ πάντα νῦν ἀκμάζει ὅπερ μελέας δέομεθα. ἔχουσι γὰρ οἱ περὶ τὸν πρὸς πόλεμίους πολλαπλασίους ἡμῶν αὐτῶν, καὶ τούτοις λελυμένοις, οἷς καὶ φυλάττεσθαι ἴσως ἔστι πρόσκειται, καὶ φυλάττειν, ὅπως ὥσπερ καὶ οἱ ποιήσοντες ἡμῖν τὰ ὑπηρέσια. ἔτι δὲ οἱ ἱππεῖς ἡμῖν ἄπεισι, φρονήσαι παρέχοντες ὅπου εἰσὶ κἂν ἔλθωσιν, εἰ δεδεγμένοι εἰσίν. ὥστε, ὦ ἄνδρες, νῦν μοι δοκεῖ τοιοῦτον σῖτον προσφέρεσθαι δεῖν ἡμᾶς καὶ τοιοῦτον ποτόν, ὁποῖον τις οἴεται μάλιστα σύμφορον εἶναι πρὸς τὸ μήτε ὕπνου μήτε ἀφροσύνης ἐμπίπλασθαι. ἔστι δὲ καὶ χρήματα ἐγὼ οἶδα ὅτι πολλὰ ὄντα τῶν πολεμίων, ὧν ἴσως ἀγνοοῦσι ὅτι δυνατὸν ἡμῖν, καὶ ὧν αὐτῶν ὄντων τοῖς συλλαβοῦσι, νοσφίσασθαι ὁπόσα ἂν βουλώμεθα· ἀλλ' ἅ μοι δοκεῖ τὸ λαβεῖν κερδαλεώτερον εἶναι τοῖς δικαίοις φαινομένοις ἐκείνοις, τούτῳ πρίασθαι ἢ πάλιν αὖτις ἥνπερ ἀπολέσθαι ἡμᾶς. δοκεῖ δέ μοι καὶ τὰ νέμεσθαι τὰ χρήματα, ἐπειδὰν ἔλθωσι, Μήδοις καὶ Ὑρκανίοις καὶ Τιγράνου δόντας τὰ ἐναγῆ καὶ ἂν τι μεῖον ἡμῖν δάσωνται, κέρδος ἡγήσασθαι. ἥδιον γὰρ τὰ κέρδη ἥδιον ἡμῖν προσφέρουσι. τὸ μὲν γὰρ νῦν πλεονεκτῆσαι ὀλιγοχρόνιον ἂν ἡμῖν τὸν πλοῦτον προσθείη· τὸ δ', ὥσπερ προσφέρουσι, ἐκεῖνα κτήσασθαι ὅθεν ὁ πλοῦτος φύεται, πολύ, ὡς ἐγὼ δοκῶ, ἀσφαλέστερον ἡμῖν δώσει· αὖ τὸν πλοῦτον καὶ πᾶσι τοῖς ἡμετέροις παρέχειν. οἶμαι δὲ καὶ οἴκοι ἡμᾶς τούτου ἕνεκεν ἀσκεῖν καὶ χαλεπὸς κρείττους εἶναι καὶ ἀκαίρων κερδῶν, ἵν', ὁπότε δέοι, δικαίως δοκῶμεν αὐτοῖς συμφόρως χρῆσθαι. πολὺ δὲ μᾶλλον οἶμαι τῶν νῦν παρόντων ὅπως δείξαιμεθ' ἂν παιδείαν, ἐγὼ μὲν οὐκ ὀρῶ.

EADEM LATINE,

Iobo Veratio interprete.

INtelligimus licere nobis,amici,si velimus,absentes socios in prandio sumendo præuertere,ac cibariis potionéque magno labore quæsitis vti: at mihi non videtur hoc prandium magis nobis profuturum,quàm illa de nobis opinio,si curam sociorum gessisse iudicemur.Nec illud epulum tantas vires nobis conferre posse, quantæ nobis sunt accessuræ,si sociis alacritatem hoc pacto iniicere possimus. Sin eos socios, qui nũc hostem persequuntur & concidunt,quique,siquis adhuc resistit, dimicant, ita contempsisse videamur, vt prius nos prandisse constet, quàm quid ab illis fieret, cognouisse, non dicam id nobis dedecori versum iri:sed omnino erimus imbecilliores, quia socii nos deficient.At quum pro iis laboratur,qui in laboribus periculísque versantur, vt iis castra intrantibus,cibaria sint in promptu,illud verò epulum nobis, mea quidem sententia,maiori debet esse voluptati,quàm si derepente ventri indulgeremus.Illud quoq; cogitate:licet eos vereri nõ deberem⁹,tamẽ ne sic quidẽ accõmodata esse nostris rationibus satietatẽ & perpotationẽ.Neq; enim dum cõfecta res ea est,quam efficivolumus, sed maximus nũc est negotiorũ nostrorũ tumor,& præcipuã curam flagitat.Habemus enim in castris nostris hostes maiore multo numero q̃ nos simus,& quidẽ solutos, qui etiamnũc nobis timẽdi sunt:& ne nos famuli deficiãt,nobis cautio est. Abest præterea equitatus, qui nos sollicitos habet dubitantes vbi nunc sit, & si venerit, mansurúsne nobiscum sit.Itaque sic sentio milites,tantum cibi & potionis nobis esse adhibendum,

quantum ad ſoporem dementiámque vitandam ſatis eſſe videatur. Scio eſſe præterea in caſtris grandem pecuniam, ex qua ſat ſcio, licet communis ſit eorum à quibus capta eſt, poſſe tamen à nobis quantum commodum eſt interuerti. Verùm ſic iudico non eſſe quæſtuoſiorem eius pecuniæ auerſionem, exiſtimatione æquitatis, quæ nobis illos poteſt vehementius etiam conciliare. Quin & ita cenſeo, eſſe diuiſionem illam pecuniæ Medis, Hyrcanis Tigranîque quum venerint, permittendam. Quòd ſi minus nobis quàm pro rata portione impertiant, lucro id erit ducendum. Etenim lucris inuitati libentius nobiſcum manebunt: ſiquidem huius temporis auiditas nobis breuem opulentiam efficeret. At ſi per iſtorum iacturam ea paremus, vnde opes ipſæ emanant, haud dubiè ea res perenniorem affluentiam nobis noſtríſque eſt allatura. Atque hac ipſa de cauſa puto equidem nos domi & inedia, & intempeſtiui lucri cõtemptu exercere: vt, quum vſus feret, iis opportunè vti poſſimus. Nullum autem tempus eſſe iudico, quum melius diſciplinæ noſtræ ſpecimen edere poſſimus.

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Debellatis Aſſyriis, vt diximus, miſerat ſocios Cyrus ad eorum reliquias perſequendas. Valebant enim illi ſocii equitatu, quo Cyrus nihil, aut parum, poterat. Ii opimas admodum prædas egerunt, & ad Cyrum conuexerunt: qui æmulatus eorum tum virtutem, tum equitatus facultatem, eam arripuit occaſionem huius concionis in conuentu centurionum habendæ: qua autor eſt, quò bellà deinceps & gerere, & per ſe cõficere poſſint, vt equitatum quoque ex ſuis inſtituant. Argumenta duo ſunt præcipua: vnum ab vſu petitum, alterum à facultate illius comparandi. Ab vſu, quum perſequitur præcipuas equitandi opportunitates, tum in militari, tum etiam in domeſtico negotio: perfectum ſe habituros ab omni apparatu exercitum, ſi hoc quoque inſtructi fuerint: formidabiliores hoſtibus, præſentiores amicis ſe futuros. Alterum eſt de facultate, quod bifariam exponit. inſtrumẽtũ omne & apparatum equitatus ſibi in promptu eſſe docet, & refellit quæ in eam partem contrà afferri poſſe videbantur. Concludit rurſus à commoditate, qua dicit, equitatu comparato, ſe vſuros maxima: quum præſertim domeſtica diſciplina exercitati, multo etiam quàm alii in hoc genere ſolertes ſint futuri.

Ὅτι μὲν, ὦ ἄνδρες φίλοι, εἰ καταχρώμεθα τὰ νῦν φανερὰ, μεγάλα μὲν ἂν ἅπασι Πέρσαις ἀγαθὰ γένοιτο, μέγιστα δ' ἂν εἰκότως ἡμῖν δι' ὧν πεφύκασι, πάντες, οἶμαι, γιγνώσκομεν· ὅπως δ' ἂν αὖθις ἡμεῖς κύριοι γενοίμεθα, μὴ αὐτάρκεις ὄντες κτήσασθαι αὐτὰ εἰ μὴ ἕξομεν οἰκεῖον ἱππικὸν Πέρσαις, τοῦτο οὐκέτι ἐγὼ ὁρῶ. σὺνοῖδα δὲ δή· ἔχομεν ἡμεῖς οἱ Πέρσαι ὅπλα οἷς δοκοῦμεν τοῖς πολεμίοις πρέπεσθαι ὁμόσε ἰόντας· καὶ δὴ πρεπόμεθα, ποίοις ἢ ἱππεῦσι, ἢ τοξόταις, ἢ πελτασταῖς, ἢ ἀκοντισταῖς, αὖθις ἵππων ὄντες δυναίμεθα ἂν φθάνοντας ἢ λαβεῖν, ἢ ἀποκτεῖναι; τίνες δ' ἂν φοβοῖντο ἡμᾶς πεζοὺς ὄντες κακουργεῖν ἢ τοξόται, ἢ ἀκοντισταί, ἢ ἱππεῖς; δῦ εἰδότες ὅτι οὐδεὶς αὐτοῖς κίνδυνος ὑφ' ἡμῶν κακόν τι παθεῖν μᾶλλον ἢ ὑπὸ τῶν πεφυκότων δένδρων; εἰ δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, δῆλον ὅτι οἱ νῦν παρόντες ἡμῖν ἱππεῖς νομίζοιεν τοῦτο πάντα τὰ στοιχεῖα γιγνόμενα οὐχ ἧττον ἑαυτῶν ἔτι ἢ ἡμέτερα; ἴσως δὲ νὴ Δία καὶ μᾶλλον. νῦν μὲν οὖν οὕτω τοῦτο ἔχει κατ' ἀνάγκην. εἰ δὲ ἡμεῖς ἱππικὸν κτησαίμεθα μὴ χεῖρον τούτων, οὐ πανταπάσιν ἡμῖν καταφανὲς ὅτι τοῖς τ' ἂν πολεμίοις δυναίμεθα ἄνδρ' εἶναι τούτων ποιεῖν ἄφαρ καὶ νῦν σὺν τούτοις, τούτοις τε ἐχομεν ἂν τότε μετεωτέρους πρὸς ἡμᾶς φρονοῦντας; ὁπότε γὰρ ἢ παρεῖναι ἢ ἀπεῖναι βούλοιντο, ἧττον ἂν ἡμῖν μέλοι, εἰ αὐτοὶ ἂν αὖθις τούτων ἀρκοῖμεν ἡμῖν αὐτοῖς. εἶεν. τοῦτα μὲν δή, οἶμαι, οὐδεὶς ἂν αὐτῶν ἡμῶν ἀμφισβητήσειε μὴ οὐχὶ τὸ παῖς διαφέρειν τῆς Περσῶν γενέσθαι οἰκεῖον ἱππικόν. ἀλλ' ἐκεῖνο ἴσως σὺνοῖδατε, πῶς ἂν τοῦτο γένοιτο. ἆρ' οὖν σκεψώμεθα, εἰ βουλοίμεθα καθεστάναι ἱππικὸν, τί ἡμῖν ὑπάρξει, καὶ τίνος ἐνδεῖ. οὐκοῦν ἵπποι μὲν οὗτοι πολλοὶ ἐν τῷ στρατοπέδῳ κατειλημμένοι, καὶ χαλινοὶ οἷς πείθονται, καὶ τἆλλα ὅσα δεῖ ἵππους ἔχουσι χρῆσθαι. ἀλλὰ μὴν καὶ οἷς γε δεῖ ἄνδρα ἱππάζεσθαι ἔχομεν, ἱκανῶς μὲν, ἐρύματα τῆς σωμάτων, παλαιὰ δὲ, οἷς καὶ μεθιέντες καὶ ἔχοντες χρώμεθα ἀπὶ δὴ τὸ λοιπόν· δῆλον ὅτι ἀνδρῶν δεῖ. οὐκοῦν τοῦτο μάλιστα ἔχομεν. οὐδὲν γὰρ οὕτως ἡμέτερόν ἐστιν ὡς ἡμεῖς ἡμῖν αὐτοῖς. ἀλλ' ἐρεῖ τις ἴσως ὅτι οὐκ ὀπτὰ μεθα. μὰ Δί'· οὐδὲ γὰρ τῆς ὀπτᾶσθαι μῶν ταῦτ' ἔστιν οὐδεὶς ἠπίστατο. ἀλλ' εἴποι ἄν τις ὅτι παῖδες ὄντες ἐμανθάνομεν. καὶ πότερον οἱ παῖδες εἰσὶ φρονιμώτεροι ὥστε μανθάνειν τὰ φαῦλόμενα καὶ δεικνύμενα, ἢ οἱ ἄνδρες; πότεροι δὲ, ἐὰν μάθωσιν, ἱκανώτεροι τοῖς σώμασιν ἐκπονεῖν, οἱ παῖδες ἢ οἱ ἄνδρες; ἀλλὰ μὴν χρὴ γε ἡμᾶς μανθάνειν ὅσα ἄττε παῖσιν, οὔτε ἄλλοις ἀνδράσιν. οὔτε γὰρ ἄξιόν ἐστιν ἡμῖν μανθητέον ὡς παῖσι· πεφεπίσμεθα γὰρ τοῦτο. οὔτε μὴν ἀκοντίζειν ὀπτὰ μεθα γε τοῦτο. ἀλλ' οὐδὲ μὴν ὡς παῖσι καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνδράσι τοῖς μὴ γεωργίαν ἀφολίαν παρεχοῦσι, τοῖς δὲ τέχναι, τοῖς δ' ἄλλα οἰκεῖα· ἡμῖν δ' ὑπάρχει ταῦτα οὐ μόνον σχολὴ, ἀλλὰ καὶ ἀνάγκη. ἀλλὰ μὴν οὐχ ὡς παῖσιν ἄλλα πολλὰ τῆς πολεμικῆς χαλεπὰ μὴν, χρήσιμα δέ· ἱππικὴ δὲ οὐκ ἐν ὁδῷ μὲν ἥδιον ἢ αὐτοῖς τοῖν ποδοῖν πορεύεσθαι, ἐν δὲ κινδύνῳ, οὐχ ἥδιστ' ἂν ἐχοι μὴν φίλῳ προσχωρεῖν, εἰ δέοι, ἐχθρὸν δ', εἴτε ἄνδρα, εἴτε τι ἄλλο δέοι διώκοντα καταλαβεῖν, ἐκεῖνο δὲ δὴ ἀπέτης, τὸ, ὅπλα αὖ δεῖ ὅπλον φέρειν, τὸν ἵππον τοῦτο συμφέρειν; οὐκοῦν τοῦτό γ' ἔστιν ἔχειν τε καὶ συμφέρειν. ὃ γε μὴν μάλιστ' ἄν τις φοβηθείη, μὴ εἰ δεήσει ἐφ' ἵππου κινδυνεύειν πρότερον ἢ μᾶς πρὸν ἀκριβῶς τὸ ἔργον

τοῦτο, κἄπειτα μήτε πεζοὶ ἕπωνται, μήθ' ἱππεῖς ἱκανοί. ἡμῖν πεζοῖς ἄνδρας μάχεσθαι. οὐδὲν γὰρ πω πεζικὸν ἔτι μα
ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ἀμήχανον. ὅπου γὰρ ἂν βουλώμεθα, ἥξειν ἡμᾶς, ἱππεῦσι μαχόντες.

EADEM LATINE,

Iobo Veratio interprete.

NEminem, credò, noſtrûm fugit, amici, ſi rerum ſtatus qui nunc eſt, retineatur, magna commoda ad vniuerſos Perſas eſſe peruentura. At eorum maxima per quos nobis comparentur ſcimus. Verùm quæ ſit eorum potiundorum ratio non video, quum ea parare ſine equitatu Perſarum proprio non poſſimus. Sic enim habete. arma habemus Perſæ, quibus collectos hoſtes fundere poſſimus. At quum eos fundimus, quos equites, quos ſagittarios, ſcutatos, ferentarios in fugam verſos capere aut cædere poſſimus equis deſtituti? Et qui tandem ſagittarii, aut qui ferentarii, aut equites vereantur nos cominus vexare, qui ſciant ſibi à nobis non magis quàm à defixis arboribus noceri poſſe? Quæ quum ita ſint, dubitatis quin equitatus, quo nunc vtimur, hæc quæ deuicta ſunt æquè ac nos ſibi arroget? plus etiam fortaſſe. Verùm hæc vti ita eſſent, neceſſitate effectum eſt. Quòd ſi equitatum nihilo deteriorem quàm iſtorum poſſimus comparare, non intelligitis omnes & poſſe à nobis ita accipi hoſtem ſine his, vt eum cum his accepimus, & hos eſſe tum ſe nobiſcum ſummiſſius geſturos? Nam ſeu adeſſe ſeu abeſſe volent, non multùm laborabimus: ſiquidem per nos, his remotis, rebus noſtris ſatisfaciemus. Eſto. Nemo credo contrà ſentit, quin plurimùm noſtra interſit, vt è Perſis equitatus contrahatur. Sed illud fortaſſe quæritis, quemadmodum ea res perfici poſſit. Agite igitur, ſi nobis inſtituendus ſit Perſarum equitatus, quid nobis ſuppeditet, quídque deſit, videamus. omnino in promptu eſt in caſtris captorum equorum copia: ſunt item fræna quibus illi flectuntur, cæteráque equitibus accommodata inſtrumenta: quin & quæ equitibus vſui ſunt habemus, loricas corporum munimenta: præterea haſtilia, quibus & iaculando & tractando vtamur. Quid relinquitur? viris vtique eſt opus. certè hoc potiſſimùm nobis ſupperit. Nihil enim tam noſtrum eſt quàm noſipſi. At, dicet fortaſſe quiſpiam, ſumus eius rei imperiti. at ne eorum quidem quiſquam qui nunc ſciunt, antequam didiciſſet, ſciebat. Verùm, dices, illi à pueris didicerunt. At in vtris maior eſt induſtria ad ea quæ præcipiuntur & quæ traduntur, percipienda, in pueríſne an in viris? vtri quum ea didicerint, commodius poſſunt corporibus exercere & ſuſtinere, pueri an viri? At verò nobis diſcendi otium conceditur, quantũ nec pueris aliis nec viris. Neq; enim arcuum vſus nobis eſt diſcẽdus, vt pueris. eum enim iam antè callemus. Nec iaculandi peritia à magiſtris accipienda: hanc quoque iam excoluimus. Sed ne hæc quidem nos vt alios homines diſtinent, partim res ruſtica, partim artificia, cæteráque cuiuſque propria. Nobis non modò eſt militandi otium, ſed etiam neceſſitas. Verùm ne id quidẽ quod de aliis militaribus laboribus dici ſolet, difficiles eſſe, ſed vtiles, in hoc valet. Quid? equitatio nunquid in itinere iucundior eſt, quàm ſi pedibus iter faciendum ſit? In feſtinatione verò, nónne iuuat maturè amico laboranti ſuccurrere? & celeritatem habet, ſi vel homo vel fera curſu capienda ſit? Illud verò parúmne commodum eſt, quòd ſiquo armaturæ genere geſtato opus ſit, nos oneris parte equus leuat? At qui nihil inter hæc intereſt, habere arma & gerere. Quod verò timendum fortaſſe cuipiam videatur, ne ſi periculum in equis antè nobis ſit ſubeundum, quàm huius rei peritia penitus ſit percepta, poſtea nec pedites nec equites idonei euadamus: ne huic quidem deeſt quomodo occurramus. Nobis enim liberum erit ſubitò pedibus, ſi commodum ſit, pugnare. Neque enim pedeſtris pugnæ vſum nobis equitandi peritia minuet.

ORATIO CHRYSANTAE.

ARGVMENTVM.

Proxima Cyri oratio omnibus centurionibus gratiſſima accidit: itaque certatim ſe in eius ſententiam ire ſignificarunt. Præter cæteros verò Chryſantas Cyri conſilium hac oratione commendans, pluribus de equitandi vtilitate in eodem conſeſſu diſſe-

rit. Et quum eius rei vsus latissimè fundatur, tamen duobus potissimùm generibus cõtineri ostendit, venatus (inquã) & militiæ, quorum vtrunque longè melius eques quàm pedes tueatur. Amplificat comparatione. confert peritum equitandi hominem cum hippocentauro, cuius quidem & celeritatem & moderationem in cursu verbis extollit, deinde ei equitandi vsum anteponit, vt totus hic locus primùm simpliciter, deinde comparatè, tractetur. Exprimitur autem hominis gestientis & spe exultantis oratio.

Ἀλλ' ἐγὼ μὲν οὕτως ὀπιθυμῶ ἱππεύειν μαθεῖν, ὡς νομίζω, ἐὰν ἵππος γένωμαι, αἴσθησις πᾶσιν ἔσεσθαι. καὶ μὲν δὴ ἔγωγε ἀγαπῴην ἐξίσου τῷ θεῖν ὁρμηθεὶς ἄνθρωπῳ, μόνον τῇ κεφαλῇ προσχών, αὖ τε θηρίον καθορᾶν δέον ἰδὼν διωκθῶ δεδιτεινόμενος φθάσαι, ὥστε ἀκοντίσαι ἢ ἐξελοῦσα πρὶν πάνυ πόρρω αὐτὸ γενέσθαι. καὶ ἵππεις γένωμαι, δυνήσομαι μὲν αἴσθεσθαι ὅ τι μήκιστα καθαιρεῖν· δυνήσομαι δὲ, θηρία διώκων, τὰ μὲν ἐκ χειρὸς πατάττειν καταλαμβάνων, τὰ δ', ἀκοντίζων ὡς πόρρω ἑστηκότα. ἔτι γὰρ ἐὰν ἀμφότερα ᾖ τάχεα ἢ, ὅμως ὅ πλησίον γίγνηται ἀλλήλων, ὡς πρὸ τῶν ἑστηκότα ἔσται. ὁ δὲ δὴ μάλιστα δοκῶ ζώων ἐζηλωκέναι, ἱππόκενταύρους, εἰ ἐγένοντο, ὥστε πρὸς βουλεύεσθαι μὲν ἀνθρώπου φρονήσει, ταῖς δὲ χερσὶ τὸ δέον παλαμᾶσθαι, ἵππου δὲ τάχος ἔχειν καὶ ἰσχύν, ὥστε τὸ μὲν φεύγον αἱρεῖν, τὸ δὲ ἐπόμενον αἰᾶσθαι ἐπιὼν· οὐκοῦν πάντα κἀγὼ ταῦτα, ἵππεις γενόμενος, συγκομίζομαι πρὸς ἐμαυτόν. φρονεῖν μὲν γὰρ ἔξω πάντα τῇ ἐμῇ ἀνθρωπίνῃ γνώμῃ, ταῖς δὲ χερσὶν ὁπλοφορήσω, διώξομαι δὲ τῷ ἵππῳ, τὸν δὲ ἐναντίον αἱρεθέντα ἕψομαι τῇ τοῦ ἵππου ῥώμῃ. δεῖ δὲ συμπεφυκὼς δεδήσομαι, ὥσπερ οἱ ἱππόκενταυροι. οὐκοῦν τοῦτό γε κρεῖττον ἢ συμπεφυκέναι· τοῖς μὲν γὰρ ἱππόκενταύροις οἶμαι ἔστιν ὅτε πολλοῖς μὲν ἀπορεῖν τῶν ἀνθρώποις βρημάτων ἀγαθῶν ὅπως δεῖ χρῆσθαι, πολλοῖς δὲ τῷ ἵππῳ ἡδέων πεφυκότων, πῶς αὖ τοῦτῳ χρὴ ἀπολαύειν. ἐγὼ δὲ, ἢν ἱππεύειν μάθω, ὅταν μὲν δέῃ τοῦ ἵππου γένωμαι, τὰ τοῦ ἱπποκενταύρου δήπου δεδράξομαι· ὅταν δ' καταβῶ, δεῖπνήσω, καὶ ἀμφιέσομαι, καὶ καθευδήσω, ὥσπερ οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι. ὥστε τί ἄλλο ἢ διαιρετὸς ἱππόκενταυρος καὶ πάλιν σωθεὶς γίγνομαι; ἔτι δὲ, καὶ τόδε πλεονεκτήσω τοῦ ἱππόκενταύρου· ἐκεῖνος μὲν γὰρ δυοῖν ὀφθαλμοῖν ἐφέστηκε, καὶ δυοῖν ὠσὶν ἤκουεν· ἐγὼ δὲ τέτταρσι μὲν ὀφθαλμοῖς τεκμαροῦμαι, τέτταρσι δὲ ὠσὶ προακούσομαι. πολλὰ γὰρ φασιν ἀνθρώποις καὶ ἵππον τοῖς ὀφθαλμοῖς προορῶντα δηλοῦν, πολλὰ δὲ τοῖς ὠσὶ προακούοντα σημαίνειν. ἐμὲ μὲν οὖν χαίρειν ἐᾶν ἱππεύειν ὀπιθυμοῦντων.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

AT ego ita profectò cupio tenere scientiam equitandi, vt me existimem fore hominem volucrem, vbi fiam eques. Nunc enim satis mihi sit, si ex æquo cursum aggressus vllo cum homine, hunc capite solùm anteeam: &, si feram *videam* præcurrentem, eam possim, aut iaculum aut sagittam intendens, prius assequi quàm longè recesserit. Quòd si fiam eques, potero tum virum ex aspectus longitudine interimere, tum bestias insequens, alias cominus percutere, comprehensas alias perinde ac stantes iaculo ferire. Etenim etiamsi vtrique sint veloces, tamen vbi sibi inuicem proximi fuerint, stantium instar erunt. Quo fit vt maximè ex omnibus animalibus admirer hippocentauros, si fuerunt: quippe qui tum hominis vterentur, in re antè consultãda, prudentia & manuum artificio, tum haberent equi & velocitatem & vires. Quare & quod fugeret capiebant, & quod subsisteret vertebant in fugam. Itaque etiam ipse hæc omnia, si fiam eques, mecum sanè porto. Potero equidem omnia prouidere mente humana: manibus verò me armabo, equo autem vehar, aduersariúmque auertam equi robore: neque sicuti hippocentauri, à natura cohærens equo, alligatus ero. Itaque hoc sanè melius est quàm natum esse equo cohærentem. Hippocentauros enim arbitror multis caruisse bonis quæ ab hominibus sunt inuenta, vt iis scilicet est vtendum: multis item caruisse voluptatibus equis innatis, quónam pacto iis frui oportet. At ego, si equitare didicero, quũ in equo fuero, agam scilicet quæ qui hippocẽtauri sunt: quum ex equo descendero, & cœnabo, & induar, & me quieti dabo, quemadmodum alii homines. Quare quid aliud sim futurus quàm diuisus centaurus, ac rursum compositus? Insuper his etiam rebus hippocentaurum anteibo. nam ille duobus prospiciebat oculis, duabúsque auribus audiebat: at ego oculis quatuor coniectabo, & quatuor auribus præsentiam. Aiunt enim equum manifestare hominibus multa quæ oculis prospicit, ac multa significare auribus quæ antea auditu percipit. Me igitur scribe in eorum numero qui equitare maiorem in modum cupiunt.

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Magnam vim captiuorum abduxerant Medi & Hyrcani socii Cyri, fusum hostem insequuti, quos Cyrus gratuitò dimittendos censuit, tum ne solitudo esset in eo agro

quem hosti eripuisset,tum vt clementia sibi victos conciliaret. Itaque conuocatos captiuos missione donauit,editis conditionibus & legibus quas illis imponeret: vt nihil nouarent,arma neque contra se,neque contra alium suo iniussu ferrent:proinde sibi illa traderent.Mandat vt hæc eadem ad suos perferant.Si paruerint,suis legibus vsuros: si secus faxint,armis se paratum esse persequi ostendit.

Ἄνδρες νῦν πε, ὅπ ἐπεί θεαδε, τὰς ψυχὰς ἐσώσατε, τῷ τε λοιπῷ, ἢν οὕτω ποιῆτε, οὐδὲν ὀποῖον κακὸν ἔσται ὑμῖν, ἀλλ' ἢ οὐχ ὁ αὐτὸς ἄρξει ὑμῶν ὅσπερ καὶ πρόσθεν οἰκήσετε δὲ τὰς αὐτὰς οἰκίας, καὶ χώραν τὴν αὐτὴν ἐργάσεσθε, καὶ γυναιξὶ ταῖς αὐταῖς συνοικήσετε, καὶ παισὶν τοῖς ὑμετέροις ἄρξετε, ὥσπερ νῦν. ἡμῖν μὲν οὐ μαχοῦνται, οὐδὲ ἄλλῳ οὐδενί. ἂν δὲ καὶ ἄλλος ὑμᾶς ἀδικῇ, ἡμεῖς ἀμυνοῦμεν ὑμῖν μαχούμεθα. ὅπως μηδ' ἐπαγγέλλῃ μηδεὶς ὑμῖν στρατεύειν, τὰ ὅπλα πρὸς ἡμᾶς κομίσασθε. καὶ τοῖς μὲν κομίζουσιν ἔσται εἰρήνη, καὶ ἃ λέγομεν, ἀδόλως· ὁπόσοι δ' ἂν τὰ πολεμικὰ μὴ ἐκφέρωσιν ὅπλα, δῆλα τούτοις ἡμεῖς καὶ δὴ στρατευσόμεθα. ἐὰν δέ τις ὑμῶν, καὶ ἰὼν ὡς ἡμᾶς ξυνοίκως, καὶ πρασσων τι καὶ διδάσκων φαίνηται, τῶν ἡμετέρων ὡς ἐχθρόν τινα καὶ φίλον, οὐχ ὡς δοῦλον, περιεψόμεθα. ταῦτ' οὖν αὖ πρός τε ἴστε, καὶ τοῖς ἄλλοις διαγγέλλετε. ἂν δ' ἄρα ὑμῶν βουλομένων ταῦτα, μὴ πιθωνταί τινες, δῆλα τούτοις ἡμᾶς ἄγετε, ὅπως ὑμεῖς ἐκείνων, μὴ ἐκεῖνοι ὑμῶν ἄρξωσιν.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

VIri,& nunc quoniam paruistis,animas tutati estis:& in reliquum tempus si ita faciatis,nihil prorsus mali patiemini: nisi quòd nō idem vobis vt prius dominabitur,sed habitabitis easdem ædes,& eandem coletis regionem,& earundem vxorum vtemini contubernio,vestrisque filiis,sicuti nūc,imperabitis. Neque aduersus nos pugnabitis,neque aduersus alium quenquam.Quòd si alius iniuriam vobis inferet,nos sumus pro vobis pugnaturi.Verùm nequis vobis præcipiat in expeditionem vt eatis, arma ad nos portate:eritque iis qui arma portarint, & pax,& alia quæ dicimus, sine dolo: sed quotquot arma bellica non detulerint,aduersus hosce nunc quoque ducemus exercitum. Siquis autem vestrum & beneuolè ad nos ire, & agere quicquam doceréque comperiatur,hunc nos vt beneficum & amicum,non vt seruum,fouebimus. Hæc igitur & vos scitote, & aliis nuntiate. Verùm si volentibus hæc vobis aliqui aduersentur, agite nos in illos, quò vos illis imperetis,non illi vobis.

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Manubiæ ex prælio illo,de quo diximus,& præda omnis reportata adhuc promiscuè asseruabatur,& penes priuatos erat: multáque præterea erant in re castrensi malè composita.Ea sibi constituenda putauit Cyrus, quò facilius æquabilitas & concordia inter eas gentes,præsertim ita diuersas,aleretur.Simul quia in ea præda magna erat equorum vis sepositа,hanc iniit rationem consilii sui de equitatu instituendo exequendi.Itaque conuocatis in conciliū Hyrcanis,& equitū præfectis,demonstrat hac oratione quàm cōfusa sit & dissipata præda omnis.Quid fieri velit ostendit.iubet vt tentoria obeant:inspiciant quæ opus habebunt:ea ab omni parte instruant: instrumenta autem è communi petant:eò prædam omnem conferant. Hic quum succlamatum esset, & quum omnes eum,vt rei totius ordinandæ munus susciperet,rogarent, de integro orsus est, & consilium suum de equis captiuis in Persas partiendis aperuit:quásque id consilium haberet vtilitates exposuit.

Ἄνδρες φίλοι καὶ σύμμαχοι, μὴ θαυμάζητε ὅτι πολλάκις ὑμᾶς συγκαλῶ. καινὰ γὰρ ὄντα ἡμῖν τὰ παρόντα πολλὰ αὐτῶν ἀσώματα ὄντα. ἃ δ' αὖ σώματα ἦν, ἀνάγκη τοῦτα ἀεὶ πράγματα παρέχειν, ἕως ἂν χώραν λάβῃ. καὶ νῦν ἔστι μὲν ἡμῖν πολλὰ τὰ αἰχμαλωτα, χρήματα, καὶ ἄνδρες ἐπ' αὐτοῖς· δεῖ δὲ τὸ μήθ' ἡμᾶς εἰδέναι πῶς τούτων ἕκαστον ὄζιν ἦλθε, μήτε τούτους εἰδέναι ὅστις ἑκάστῳ αὐτῶν δεσπότης, περαίνοντας μὲν δὴ τὰ δέοντα οὐ πάνυ ὄζιν ὁ ἂν αὐτῶν πλησίος, ἀπροοιῶτας δ' ὅ, τι χρὴ ποιεῖν, σχεδὸν πάντας. ἵνα οὖν μὴ οὕτως ἔχῃ, διοείσατε αὐτά· καὶ ὅστις μὲν ἔλαβε σκηνὴν ἔχουσαν ἱκανὰ καὶ ὅσα καὶ πατὰ, καὶ ζεύγη ὑπηρετήσοντας, καὶ σῶμα καὶ ἐσθῆτα, καὶ τἄλλ' οἷς οἰκεῖται σκηνὴ καλῶς σκευωρικὴ, ὀνταῦθα δὴ μὲν οὐδὲν ἄλλο δεῖ ποιεῖσθαι ἢ τὸν λαβόντα εἰδέναι ὅπ τούτων, ὡς οἰκείων, ὅτῳ μελήσεται δέοι· ὅστις δὲ εἰς ὑποδήματά που κατεσκίλωσε, τούτοις ὑμεῖς σκεψάμενοι, τὸ ἐλλεῖπον ἀναπληρώσατε. πολλὰ δὲ καὶ σκευάδια οἶδα ὅτι ἔσται πλείω γὰρ ἅπαντα ἢ κατ' τὸ ἡμέτερον πλῆθος εἶχον οἱ πολέμιοι. ἦλθον δ' ὑμῖν καὶ χρημάτων ταμίαι, οἵτε τῶ Λασυρίων βασιλέως καὶ ἄλλων δυναστῶν, οἵ ἔλεγον ὅπ χρυσίον εἴη σφίσι σφῶν ὅπισημον, δασμοὺς τινας λέγοντες. καὶ ταῦτα οὐ κηρύττετε πάντα ἀναφέρειν πρὸς ὑμᾶς, ὅπου αὖ καθέζησθε· καὶ φόβον ὅπ τί θεῶν τῷ μὴ ποιοῦντι τοῦτο προσαγγελλόμενον. ὑμεῖς δὲ λαβόντες δῆλα δότε, ἐπεὶ μὴ τὸ ἀπλοῦν, πεζὰ δὲ τὰ ἁπλοῦν, ἵνα ἔχητε, ὅπῃ ἂν ὑμῖν δοκῇ χρῆσθαι. πλὴν ἀλλ' ὅταν ἐλθὼν πλὴν

οὖσαν ἐν τῷ σκηνοπηγῷ κηρυξάτω μὴ ἥδη μὴ ἀδικεῖν μηδένα, πωλεῖν δὲ τοῖς καπήλοις καὶ ἐμπόροις ὅ, τι ἔχει ἕκαστος περίσσιον· καὶ τοῦτο δημοσίοις, ἄλλα ἄλλῃ, ὅπως οἰκῆται ἡμῖν τὸ στρατόπεδον. καὶ ταῦτα μὲν οὗτοι ἐκήρυττον. οἱ δὲ Μῆδοι καὶ Τρκάνιοι εἶπον ὧδε· Καὶ πῶς ἂν ἡμεῖς ἄνευ σοῦ καὶ τῶν σῶν διανέμοιμεν ταῦτα; ὁ δὲ οὖν Κῦρος περὶ τούτου τοῦ λόγου ὧδε περαιτέρω, Ἦ γὰρ οὕτως, ὦ ἄνδρες, γιγνώσκετε, ὡς ὅ, τι ἂν δέηται περαχθῆναι, δεῖ πᾶσι πάντας ἡμᾶς δέησθαι παρεῖναι, καὶ οὔτε ἐγὼ ἀρκέσω ὑμῖν περάττων περὶ ὑμῶν ὅ, τι ἂν δέῃ, ὅτε ὑμεῖς περὶ ἡμῶν; καὶ πῶς ἂν ἄλλως πλείω μὲν περάγματα ἔχοιμεν, μείω δὲ διαπράττοιμεθα, ἢ οὕτως; ἀλλ' ὁρᾶτε· ἡμεῖς μὲν γὰρ διεφυλάξαμεν ὑμῖν τάδε, καὶ ὑμεῖς ἡμῖν δοκεῖτε σώσαι καλῶς διαπεφυλάχθαι· ὑμεῖς δὲ ἂν διαπέσητε, καὶ ἡμεῖς πιστεύσομεν ὑμῖν καλῶς διανενεμῆσθαι· καὶ ὃν ἄλλοις δέ γε ἂν ἄλλο τι ἡμεῖς πειρησόμεθα κοινὸν ἀγαθὸν περαίνειν. ὁρᾶτε γὰρ δὴ νυὶ πρῶτον ἵππους ὅσοι ἡμῖν πάρεισιν, οἱ δὲ πρασάγονται. τούτοις οὖν εἰ μὲν ἐάσομεν αἰαμβάτους, ὠφελήσουσι μὲν οὐδὲν ἡμᾶς, περάσασθε δ' παρέξουσιν ὅτι μελεῖσθαι· ἢν δὲ ἱππέας ἐπ' αὐτοὺς καταστήσωμεν, ἅμα περαγμάτων τε ἀπαλλαγησόμεθα καὶ ἰσχὺν ἡμῖν αὐτοῖς περιποιησόμεθα. εἰ μὲν οὖν ἄλλους ἔχετε οἷς πιστὸν ἂν δοίητε αὐτούς, μεθ' ὧν ἂν ἓν κινδυνεύοιτε ἥδιον (εἴ τι δέοι) ἢ μεθ' ἡμῶν, ἐκείνοις δίδοτε· εἰ μὲν τοι ἡμᾶς βούλεσθε πρᾶξαι τὰ μάλιστα ἔχειν, ἡμῖν αὐτοῖς δότε. καὶ γὰρ νῦν ὅτε αὖθ' ἡμῶν περιπελάσαντες ἐκινδυνεύσατε, πολλῷ μὲν φόβον ἡμῖν παρείχετε μή τι πάθητε, μάλα δὲ αἰσχύνας ἡμᾶς ἐποιήσατε ὧν οὐ παρῆμεν ὅπου πρὸ ὑμεῖς. ἵνα δὲ λάβωμεν τοὺς ἵππους, ἑψόμεθα ὑμῖν· κἂν μὲν δοκῶμεν ὠφελεῖν πλείονα ὅτι τῶν ἵππων σωσαγωνιζόμενοι, οὕτω περὶ θυμίας οὐδὲν ἐλλειφόμεν· ἢν δὲ περὶ ἡμῶν ἀμύνεσθαι κρείττους ὦμεν παρεῖναι, τὸ καταβαίνειν ἐν μέσῳ, καὶ δὴ θύς περὶ ὑμῶν παρεσόμεθα· τοῖς δ' ἵπποις μηχανησόμεθα οἷς ἂν πρᾶξαι δοίημεν.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

VIri amici ac socii, nulla vos admiratio capiat quòd ad me sæpenumero conuocemini. Res enim præsentes quia nouæ sunt nobis, hæ magna ex parte minus sunt ordinatæ. Quæcunque autem ordine careant, hæc necessariò molestiam afferunt semper, donec loco suo fuerint constituta. Sunt nunc nobis multæ captæ pecuniæ, præterea viri quoque: sed quoniam neque nos scimus quæ harum rerum sint cuiusque nostrum, nec etiam hi nouere quis eorum singillatim herus sit, videre licet non multos eorum fungi officio, sed dubitantes quid faciendum sit ferè omnes. Ergo ne ita res habeant, ista definite: & qui cepit tabernaculum in quo satis sit & esculentorum & poculentorum, & ministrorum, & stratorum, & vestis, aliarúmque rerum cum quibus commodè habitatur tabernaculum militare, hîc sanè aliud nihil addendum est, quàm vt norit is qui cepit, horum esse habendam curam perinde atque de rebus propriis: qui verò in ea incidit tabernacula quæ rei cuiusquam indigent, hisce vos quod deest supplete diligẽter. Nec sum inscius superuacanea fore permulta: plura enim omnia quàm pro nostra multitudine habebant hostes. Venerunt autem ad me & Assyrii regis & aliorum potentatuum quæstores, qui dicerẽt aurum esse apud se signatum, tributa quædam narrantes. Quare hæc omnia proclamate ad vos deferant vbi federitis, metúmque illi addite qui iussa non fecerit. Vos præterea tribuite quod ceperitis, equiti quidem duplum, pediti verò simplum, vt habeatis si quo egebitis, & quo etiam aliquid ematis. Foro castrensi proclamate iam neminem inferre iniuriam, & vt caupones atque mercatores vendant quod singulis est venale: & hæc sanè vbi vendiderint, alia aduehere, quò castra nobis incolantur. *Atque hæc quidem ii continuò proclamabant. Medi autem & Hyrcanii ita dixerunt, Et quónam modo nos sine te actuis hæc distribuamus? Atque Cyrus item hæc eorum verba ita excepit,* Nũ enim, ô viri, ita ipsi sentitis, vt quicquid agẽdũ fuerit, omnibus rebus interesse nos omnes oporteat? neque satis ego futurus sim vobis agens pro vobis quicquid opus fuerit, neque vosipsi pro nobis? Et quo pacto aliter habeamus plus laboris, ac minus efficiamus, quàm ita? At videte vos, nos enim custodiuimus hæc vobis, & à nobis vos creditis esse bene custodita: vos itidem distribuite, & nos credemus bene à vobis esse distributa: atque aliis item in rebus nos boni aliquid enitemur agere in commune. Videtis enim nunc primùm quot adsint nobis equi: alii etiam adducuntur: quos si otiosos esse permittemus, nulli nobis vsui sunt futuri, quin molestiæ potius nobis erunt propter eorum curam. Quòd si equites iis imposuerimus, simul & negotiis liberabimur, & nobis ipsis vires addemus. Quare si alios habetis quibus istos detis, quibuscum, si opus fuerit, discrimen ineatis libentius quàm nobiscum, in illos distribuite: sin maximè nos habere vultis vobis subsidiarios, nobis eos date. Etenim quũ modò sine nobis fugãdo dimicabatis, magno nobis eratis metui nequid adueršsi pateremini: feciſtiſque nos sanè pudere plurimùm, quòd non ibi vbi eratis, adesse-

UNED

mus. Quòd si equos acceperimus, sequuturi vos sumus, ac, si aliquanto maiori vsui in equis dimicantes esse videamur, ita nihil strenuitatis omittemus: sin pedites visi fuerimus, opportunius vobis operam præstituri, tum descendere erit in promptu, & vobis continuò pedites aderimus. Equos autem excogitabimus quibus tradamus.

Ex libro quinto.

CYRI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Medi, relicto in castris Cyaxare liberius poculis indulgente, Cyri auspicia & signa erant sequuti, & cum eo exierant, non deserto, sed tamen tum relicto Cyaxare. Is maximum ex ea re dolorē cepit, missisque asperis & minacibus literis, reuocare eos conatus est. Verùm plus habuerunt offensionis quàm autoritatis eæ literæ: & quia simul Cyrum carpebant, rescripsit ipse ad eas multò humaniores & æquiores, quibus se ac Medos purgare, omnibúsque illis impunitatē impetrare est conatus. Verùm quū illi cunctarētur, pigerétque eos reuerti, inclinatos eorū ad se animos sentiēs Cyrus, hac oratione perducere omnino, sibique adiungere nixus est. Hìc illorum captat studia commemoratione tum illorum erga se meritorum & egregiæ voluntatis, tum suæ erga eos beneuolētiæ. Honorem verò quòd hactenus illiberalius habuerit, parúmque gratus & munificus videri possit, non inhumanitati suæ id, sed tenuitati esse assignandum. Liberalitatis suæ exemplum pro re nata affert vnum.

Ἄνδρες Μῆδοι καὶ πάντες οἱ παρόντες, ἐγὼ ὑμᾶς οἶδα σαφῶς ὅτι οὔτε χρημάτων δεόμενοι σὺν ἐμοὶ ἐξήλθετε, οὔτε Κυαξάρει νομίζοντες τοῦτο χαρίζεσθαι, καὶ ἐμὲ πιθόμενοι, καὶ νυκτοπορεῖν καὶ κινδυνεύειν σὺν ἐμοὶ ἠθελήσατε. καὶ χάριν τούτων ἐγὼ ὑμῖν ἔχω μὲν, εἰ μὴ ἀδύνατα, ἀποδιδόναι· οὔπω δὲ ἀξίαν δυνάμην ἔχειν μὴ δοκῶ. καὶ τοῦτο μὲν ὅτι αἰσχύνομαι λέγειν, τοῦτο μὲν οὖν ὑμῖν ἀποδώσω, οὐ μέντοι ὅτι τοῦτο αἰσχυνόμενος αὖ εἶπον. (νομίζοιμι γὰρ ἐμαυτὸν ἐοικέναι λέγοντι τοῦτα τοῦτου ἕνεκα τὰ ὑμᾶς ἐθέλειν μᾶλλον παρ' ἐμοὶ καταμένειν) αὐτὸ δὲ τοῦτο τοῦδε λέγω· ἐγὼ γὰρ ὑμῖν, κἂν ἤδη ἅπητε Κυαξάρει πειθόμενοι, ὅμως ἂν πειρασοίμην οὕτω ποιεῖν ὥστε καὶ ὑμᾶς ἐμὲ ἐπαινεῖν. οὐ γὰρ δὴ αὐτός γε ἄπειμι, ἀλλὰ καὶ Ὑρκανίοις, οἷς τοὺς ὅρκους καὶ τὰς δεξιὰς ἔδωκα, ἐμπεδώσω, καὶ οὔποτε τούτοις προδιδοὺς ἁλώσομαι. καὶ τῷ μὲν νεῶ τῶν δίδοντι ἡμῖν Γωβρύᾳ καὶ τείχη καὶ χώραν ἣ δυνάμην, πειράσομαι ποιεῖν μήποτε μεταμελῆσαι τῆς πρὸς ἐμὲ ὁδοῦ. καὶ τὸ μέγιστον δή, οὕτω σαφῶς τοὺς θεοὺς δίδοντας ἀγαθὰ, καὶ φοβοίμην ἂν αὐτοὺς καὶ αἰσχυνοίμην ἀπολιπὼν ταῦτα εἰκῇ ἀπελθεῖν. ἐγὼ μὲν οὖν οὕτω πείσω. ὑμεῖς δ' ὅπως καὶ γνώσκητε, οὕτω καὶ ποιεῖτε καὶ ἐμοὶ εἴπατε ὅ, τι ἂν ὑμῖν δοκῇ.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

VIRI Medi, & vos qui adestis omnes, equidem certò scio neque pecuniarum indigentes vos mecum egressos esse, neque quòd existimaretis Cyaxari hoc præstare obsequium: sed vt hac in re mihi gratificaremini, méque honore prosequeremini, & per noctem iter facere, & mecum vnà periclitari voluistis. Quorum ego gratiam vobis habeo, nisi iniustus sim, quam referre nondum mihi videor posse pro dignitate: neque id dicere me pudet. Si autem dicam eam me relaturum, si apud me manseritis, hic mihi sermo pudori fuerit. (nam existimarem meipsum similem esse dicenti hæc, quò vos magis velitis manere apud me) Sed loco illius hæc vobis dico, Ego vobis, etiamsi iam abeatis obedientes Cyaxari, tamen siquid boni gessero, ita enitar facere vt me sitis laudaturi. non enim ipse nunc sum abiturus. Verùm & Hyrcaniis quibus & iusiurandum & dextras dedi, fidem seruabo, & nunquam hos deprehendar prodidisse. Et Gobryæ qui nūc nobis & oppida dat & regionem & vires, facere studebo ne ipsum vnquam pœniteat sui ad me itineris. Et, quod maximum est, quum dii immortales manifestis adeo bonis nos affecerint, eos & metuerem & vererer, si his bonis relictis temere abirem. Equidem ipse ita faciam: vos autem ita vt sentitis, ita etiam facitote, atque mihi dicite quæcunque sententia vobis sit.

CYRI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Tradiderat Cyri castellum Assyrius Gadatas, cui præerat: tradito præsidium imposue

rat Cyrus, eíque illum ipſum Gadatam præfecerat. Sed eam iacturam coniunctam proditione indigniſſimè ferebat rex Aſſyrius, vltúmque ſimul & caſtellum repetitum veniebat. Implorat opem Cyri Gadatas, & maturè miſſo opus eſſe oſtendit. Præſtò eſt Cyrus, & vt maturè auxilio mittat concionem conuocat: & ibi hanc concionẽ habet. Docet plurimùm ſua omnium intereſſe, vt caſtellum & Gadatas ipſe abſit à periculo. In fidem fuiſſe acceptum Gadatam, ſine perfidia non poſſe deſeri. Huic, ſi incolumitas præſtetur, magnum id habiturum momentum ad fideles amicitias & comparandas & retinendas. Quòd ſi violatam amicitiam acriter vlciſci Aſſyrius parat, ad fidem ſuam pertinere oſtendit, vt eandem adhibeat diligentiam in amicis adiungendis & tuendis.

νεκτεῖν, γιγνώσκοντας ὅτι ἐλευθερίας ἕνεκα τὰ ὅπλα ἀναιρούμεθα καὶ ἀνδραποδισμοῦ φεύγομεν, οἱ θεοὶ τοῖς ἀνθρώποις ἀπέδειξαν· καὶ ὥσπερ γε ἐκείνους τὰ ὅπλα ἀφῃρήμεθα, οὕτως ἡμᾶς αὐτοὺς δεῖ μὴ τῶν ὅπλων πολὺ ἐρήμους γίγνεσθαι· οὐ εἰδότας ὅτι τοῖς ἀεὶ ἔχουσι τὰ ὅπλα τῶν ὅπλων οὗσι, τούτοις καὶ οἰκειότατά ἐστιν ἃ ἂν βούλωνται. εἰ δέ τις ταῦτα ἀγνοεῖται, τί δῆτα ἡμῖν ὄφελος κατασκευάζεσθαι ἃ ἐπιθυμοῦμεν, εἰ ἔπι δεήσει καρτερεῖν καὶ πεινῶντας καὶ διψῶντας καὶ ὀπτιμελουμένους καὶ πονοῦντας; ἐκεῖνο δεῖ καταμανθάνειν, ὅτι τοσούτῳ ῥᾳθυμότερον ἕξομεν μᾶλλον ἀφραίνει ὅσῳ ἂν μᾶλλον φείσηται τῆς ἐπ' αὐτὰ ἀπιόντος (οἱ γὰρ πόνοι ὄψον τοῖς ἀγαθοῖς) αὖθις δὲ τὸ δεόμενον τυγχάνειν πόνου, οὐδὲν οὕτω πολυτελῶς κατασκευασθείη ἂν ὥσθ' ἡδὺ εἶναι. εἰ δὲ ὧν μὴ μάλιστα ἄνθρωποι ὀπτιθυμοῦσιν, ὁ δαίμων ἡμῖν ταῦτα συμπαρεσκεύακεν, ὡς ἡ ἂν ἥδιστα ταῦτα φαίνοιτο, αὐτός τε αὐτῷ τοῦτο παρασκευάσῃ· ὁ τοιοῦτος αὐτὴρ τοσούτῳ πλεονεκτήσει τῆς ἐναντίου βίου, ὅσῳ πεινήσας τῆς ἡδίστων σίτων τύχεται, καὶ διψήσας τῆς ἡδίστων ποτῶν ἀπολαύσεται, καὶ δεηθεὶς αὖ παύσεως, ἥδιστον αὖ ἀπαύσεται. ὧν ἕνεκα φημὶ χρῆναι νῦν ὀπτᾶσθαι ἡμᾶς εἰς ἀνδραγαθίαν, ὅπως τῆς τε ἀγαθῶν ἥ ἄριστον καὶ ἥδιστον ἀπολαύσωμεν, καὶ ὅπως τῶν παντῶν χαλεπώτατα τοῦ ἄπειροι γιγνώμεθα. οὐ γὰρ τὸ μὴ λαβεῖν τὰ ἀγαθὰ οὕτω χαλεπὸν, ὡς τὸ λαβόντα σεσῶσθαι λυπηρόν. ἐννοήσατε δὲ κἀκεῖνο, τίνα φέρουσιν ἔχοντες ἂν φοβούμεθα κακίονες ἢ φόβου ἦμεν ἑαυτοῖς. πότερον ὅπ ἄρχωμεν; ἀλλ' οὐ δήπου τὸν ἄρχοντα τῆς ἀρχομένων πονηρότερον φοβήσει εἶναι). ἀλλ' ὅπ ἀνδραποδωδέστεροι δουλεύωμεν ἢ φόβερον εἶναι; ἔπειτα τῇ ἀνδραποδίᾳ φήσῃ τις ἂν κακίαν ὀπτᾶν ἐπεῖναι; ἀλλ' ὅπ ἐπὶ κεκτήμεθα δούλοις, τούτοις κολάσομεν· ὦ πονηροὶ ὄντες, καὶ τί φοβήσει αὐτὸν ὄντα πονηρὸν πονηρίας ἕνεκα ἢ βλακείας ἄλλους κολάζειν; ἐννοεῖτε δ' ἔτι καὶ τοῦτο, ὅτι τρέφειν μὲν παρεσκευάσμεθα πολλοὺς καὶ τῆς ἡμετέρων οἴκων φύλακας καὶ τῆς σωμάτων· αἰσχρὸν δὲ πῶς οὐκ ἂν εἴη εἰ δὴ ἄλλους μὲν δορυφόρους τῆς σωτηρίας οἰησόμεθα χρῆναι τυγχάνειν, αὐτοὶ δὲ ἡμῖν αὐτοῖς οὐ δορυφορήσομεν; καὶ μὲν δὴ γε δεῖ εἰδέναι ὅπ οὐκ ἔστιν ἄλλη φυλακὴ βεβαιοτέρα οὐδὲ αὐτόν πνα καλὸν κἀγαθὸν εἶναι ἄρχειν. τοῦτο γὰρ δεῖ συμπαραμαρτεῖν τῇ ἀρετῇ ἐρήμῳ οὐδὲν ἄλλο καλῶς ἔχειν οὐδὲν φοβήσει. τί οὖν φημι χρῆναι ποιεῖν, καὶ πῶς τὼ ἀρετὼ ἀσκεῖν, καὶ πῶς τὼ μελέτω ποιεῖσθαι; οὐδὲν καινόν, ὦ ἄνδρες, ἐρῶ ἀλλ' ὥσπερ οἱ Πέρσαις ὅπῃ τοῖς ἀρχείοις οἱ ὁμότιμοι διαζῶσιν, οὕτω καὶ ἡμᾶς φημὶ χρῆναι ἐνθάδε ὄντας τοὺς ὁμοτίμους πάντας ἄνδρ' ἀγαθοὺς εἶναι καὶ ἐκεῖ ὅπῃ πδεύειν, καὶ ὑμᾶς γε ἐμὲ ὁρῶντας καὶ ἀκούοντας παρόντας εἰ ὅπῃ μελόμβος ὢν δεῖ δῆλον ἐξω· ἐγώ τε ὑμᾶς καὶ πάντων θεάσομαι, καὶ οὓς ἂν ὁρῶ τὰ καλὰ καὶ τὰ ἀγαθὰ ὅπῃ πδεύοντας, τούτους τιμήσω καὶ τοῖς παῖσδας δὲ οἵ ἂν ἡμῶν γίγνωνται, ἐνθάδε παιδεύωμεν. αὐτοὶ γὰρ βελτίονες ἐσόμεθα, βουλόμενοι τοῖς παισὶν ὡς βέλτιστα παραδείγματα ἡμᾶς αὐτοὺς παρέχειν· οἱ τε παῖδες ἥδ' ἂν εἰ βούλοιντο ῥᾳδίως πονηροὶ γίγνοιντο, αἰσχρὸν μὲν μήτε ὁρῶντες μήτε ἀκούοντες, ὧν δὲ καλοῖς κἀγαθοῖς ὅπῃ πδεύμασι διημερεύοντες.

EADEM LATINE,

Franciſco Philelpho interprete.

VIri amici atque ſocii, diis quidem immortalibus magna eſt gratia, quòd dederint nobis ea conſequi quibus putauimus eſſe nos dignos. Nunc etenim habemus & ſolum multum & bonum, & eos qui hoc colendo nos alent: habemus etiam domos, & ea quæ ad inſtruendas illas pertinent. Neque veſtrûm quiſquam hæc habens exiſtimet aliena ſe habere. Lex enim inter omnes homines perpetua eſt, quãdo belligerantium vrbs capta fuerit, cuncta eorum eſſe qui eam ceperint, & corpora eorum qui in vrbe ſunt & bona. Nullo igitur modo iniuſtè poſſidebitis, quodcunq; poſſideatis: ſed pro humanitate non auferetis, ſiquid eos habere ſinatis. Sed enim ita ſentio, ſi poſthac nos dedamus pigritiæ ignauorúmque hominum voluptati, qui arbitrantur laborare eſſe ærumnoſiſſimum, & vitam ſine labore agitare, voluptatem, ego nos affirmo celeriter nobiſipſis minimi fore faciundos, ac fore vt citò priuemur bonis omnibus. Nec enim ſtrenuos fuiſſe viros, ſufficit ad hoc vt illa ſtrenuitas perſtet, niſi quis illius aſſiduè ſtudioſus ſit. ſed, quemadmodum aliæ artes, vbi neglectæ ſint, minoris pretii fiunt: & corpora ipſa bene habentia, quum quis ea remittit ad inertiam, malè rurſus ſe habent: ita & temperantia & continentia & robur, quum quis eorum exercitationem remiſerit, hinc in prauitatem iterũ vertuntur. Eſt ergo vobis cunctandum, neque ad voluptatem præſentem proiicere vos debetis. Magnum enim opus eſſe exiſtimo initiò comparare: ſed multo etiam maius, qui adeptus ſit, id tueri. Nam adipiſci ſæpe illi contigit qui præſtiterit audaciam ſolùm: ſed conſeruare quod ceperit, non iam hoc ſine temperantia, non ſine continentia, non ſine multa diligentia fit. Quæ nunc cognoſcentibus nobis, longè magis virtus eſt exercenda, quàm prius in his bonis adipiſcendis: quum non ſimus neſcii, quum quis habet plurima, plurimos & inuidere illi & inſidiari, & hoſtes fieri, præſertim ſi ab inuitis & poſſeſſiones & obſeruantiã habeat, vt nos habemus. Atque deos quidem putandum eſt nobiſcum fore: non enim inſidiis vſi hæc iniuſtè poſſidemus, ſed inſidiis appetiti vltionem cepimus. Quod autem poſt illud eſt validiſſimum, nobiſipſis comparandum eſt. Hoc autem eſt vt qui imperant, dent operam vt præſtantiores ſint iis quibus imperant. AEſtus igitur ac frigoris, & ciborum,

borum, & potuum, & laboris, & somni necesse est seruis etiam partem facere: at quorum eos participes facimus, in his primùm enitendum est vt præstantiores illis nos exhibeamus. Scientiæ verò militaris exercitationisque hi omnino participes faciundi nō sunt, quos & operarios nostros & tributarios volumus possidere: sed hæ exercitationes sortem nostram meliorem debent reddere, quum ignari non simus deos hominibus hæc libertatis felicitatisque instrumenta effecisse. Quemadmodū autem illis arma abstulimus, ita nosipsos oportet sine armis nunquam esse: quum bene nouerimus, quibus arma sunt semper proximè, hisce secundissima etiam esse quæcunque velint. Quod si quisquam talia cogitat, Quid verò nobis prodest peregisse quæ cupiebamus, si etiam opus erit posthac, & famem, & sitim, & curas, & labores tolerare? illud sanè sciendum est, eo bona maiorem afferre lætitiam, quo magis quis labore antecedente ad ea perueniat. LABORES enim obsonium sunt strenuis. Nam nisi quis re illa opus habeat quam consequitur, nihil adeo apparari queat sumptuosè vt suaue sit. Quòd si ea nobiscum parauit numen quæ homines cupiunt maximè, & quisque modum quo suauiora videantur hæc parabit sibi, vir huiusmodi eo erit meliore conditione quàm ii qui victu egent, quòd in fame suauissimos cibos consequetur, & in siti suauissimis potibus perfruetur, &, quum opus fuerit quiete, suauissimè quiescet. Quapropter dico nunc nos decere progressum facere ad probitatem, quò tum bonis quamoptimè & quam suauissimè perfruamur, tum eius simus expertes quod est omniū molestissimum. Non enim ita molestum est bona non habuisse, quàm eum qui bona habuerit, iis priuari est acerbum. Cogitate etiam illud qua possimus inducī causa vt simus deteriores quàm antea fuerimus. Vtrum quoniam imperamus? at nequaquam certè conuenit esse principem suis subditis deteriorem. An, quoniam nūc videmur feliciores esse quàm prius, ideo dicet aliquis vitium felicitatem decere? Num quoniam seruos adepti sumus, in hos animaduertemus si improbi fuerint? Atqui quomodo consentaneum est, eum, qui ipsemet sit improbus, improbitatis aut desidiæ causa alios punire? Vobiscum præterea hoc animo volutate, nos constituisse multos & nostrarum domorum & corporum custodes alere. Sed quî turpe non sit si putabimus alios salutis nostræ satellites esse oportere, ipsi autē nobisipsis satellites non erimus? Atqui certè oportet nosse, NON esse aliam custodiam talem, qualis si quisque rerum pulchrarum & bonarum studiosus sit. hoc enim consequatur oportet: ei verò qui virtute careat, neque aliud quicquam decet ei succedere. Quid igitur censeo esse faciundum? & vbi virtutem exercendam esse, & vbi studium & operam ponere nos debere? Nihil noui dicam, ô viri amicissimi: sed quemadmodum apud Persas homotimi in palatiis degūt, ita affirmo nos oportere hîc commorantes, qui omnes sumus homotimi, iisdem studiis quibus illic, nos exercere: & vos quidem me videntes, considerare præsentes an tempus ponam in iis quæ cura mea digna sunt: ego autem vicissim vos ante oculos habens considerabo, & quoscunque videbo honestis rebus bonisque studere, hos equidem honoribus prosequar. Ac filios quoque quicunque nobis nascantur, hîc instituamus: ita enim & ipsi meliores futuri sumus, dū volemus nosmetipsos liberis nostris in optima exempla præbere: & liberi ipsi nec etiam si velint, facilè euadant improbi, quippe qui nihil turpe neque videant, neque audiant, sed studiis honestatis probitatisque assiduè vacent.

Ex libro octauo.

ORATIO CHRYSANTAE.

ARGVMENTVM.

Proxima Cyri oratio summo concilii assensu excepta est: & in eandem illam sententiam dixerunt complures. In his Chrysantas hic, qui collaudata Cyri oratione dixit copiosius de obtemperandi necessitate, quæ in omni rectè instituta rerum administratione est seruanda. siquidem hæc eius oratio vno argumento est comprehensa, cuius hæc colligi possunt capita. Ea demum res rectè administratur, in qua bene imperanti rectè obtemperatur. Probat id inductione ex aggregatis exemplis, præsertim ve-

rò à liberarum ciuitatum moderatione,& ab iis rebus quas ipsi gesserunt. Quò fit vt ad hoc imperium continendum Cyro imperāti mos studioſè gerendus ſit, quo & ſapiente & felici duce ſemper ſunt vſi.

Ἀλλὰ πολλάκις μὲν δή, ὦ ἄνδρες, καὶ ἄλλοτε κατενόησα ὅτι ἄρχων ἀγαθὸς οὐδὲν διαφέρει πατρὸς ἀγαθοῦ. οἵ τε γὰρ πατέρες προνοοῦσι τῶν παίδων ὅπως μή ποτε αὐτοῖς τἀγαθὰ ὑπολείψῃ, Κῦρός τέ μοι δοκεῖ νῦν συμβουλεύειν ἡμῖν ἀφ' ὧν μάλιστ' ἂν ἐνδαιμονοῦντες διατελοῖμεν. ὃ δὲ μοι δοκεῖ ἐνδεέστερον ἢ ὡς ἐχρῆν δηλῶσαι, τοῦτο ἐγὼ πειράσομαι τοῖς μὴ εἰδόσιν διδάξαι. ἐννοήσατε γὰρ δή, πῶς ἂν πόλις πολεμία ὑπὸ μὴ πειθομένων ἁλοίη; πῶς δ' ἡ φιλία ὑπὸ μὴ πειθομένων διαφυλαχθείη; ποῖον δὲ ἂν ἀπειθούντων γράτθυμα νίκης τύχοι; πῶς δ' ἂν μᾶλλον ἐν μάχαις ἡττῷντο ἄνθρωποι ἢ ἐπειδὰν ἄρξωνται ἰδίᾳ ἕκαστος σκοπεῖν αὐτοῦ σωτηρίας βουλεύεσθαι; τί δ' ἂν ἄλλο ἀγαθὸν πλεοναίη ὑπὸ τῆς μὴ πειθομένων τοῖς κρείττοσι; ποῖαι δὲ πόλεις νομίμως ἂν οἰκήσαιεν; ἢ ποῖοι οἶκοι σωθείησαν; πῶς δ' ἂν νῆες ὅποι δεῖ ἀφίκοιντο; ἡμεῖς δ' ἃ νῦν ἀγαθὰ ἔχομεν, διὰ τί ἄλλο μᾶλλον κατεσκεύασμεν ἢ διὰ τὸ πείθεσθαι τῇ ἀρχοντι; διὰ τοῦτο γὰρ καὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρας ταχὺ μὲν ὅποι ἔδει παρεγινόμεθα· ἀσφόροι δὲ τῷ ἄρχοντι ἐπόμενοι, ἀνυπόστατοι ἦμεν τῷ ὁπόσα ἠθέλομεν· ἐν δὲν ἡμιτελὲς κατελείπομεν. εἰ τοίνυν μέγιστον ἀγαθὸν τὸ πειθαρχεῖν φαίνεται εἰς τὸ καταπράττειν πάντα, οὕτως οὖν ἴστε ὅτι καὶ τοῦτο καὶ εἰς τὸ διασώζειν ἃ δεῖ μέγιστον ἀγαθόν ἐστι. καὶ πρόσθεν μὲν δὴ πολλοὶ ἡμῖν ἦρχον, οὐδενὸς δ' ἦρχομεν· νῦν δὲ κατεσκεύασθε οὕτω πάντες οἱ παρόντες ὥστε ἄρχετε οἱ μὲν πλειόνων, οἱ δὲ μειόνων. ὥσπερ τοίνυν αὐτοὶ ἀξιώσετε ἄρχειν τῶν ὑφ' ὑμῖν, οὕτω καὶ αὐτοὶ πείθωμεθα οἷς ἂν ὑμῖν καθήκοι. τοσοῦτον δὲ διαφέρειν ἡμᾶς δεῖ τῶν δούλων, ὅσον οἱ μὲν δοῦλοι, ἄκοντες τοῖς δεσπόταις ὑπηρετοῦσιν· ἡμᾶς δέ, εἴπερ ἀξιοῦμεν ἐλεύθεροι εἶναι, ἑκόντας δεῖ ποιεῖν ὅ, τι πλείστου ἄξιον φαίνεται εἶναι. σύμφησετε δὲ καὶ ἔνθα αὖ μοναρχίας πόλις οἰκεῖν, τῷ μάλιστα τῆς ἀρχούσης πείθεσθαι οὕτω ἂν τὰ πολεμίων αὖ ἀσκαζόμενοι ἀκούειν. παρῶμεν τε οὖν, ὥσπερ Κῦρος κελεύει, ὅθι τόδε τὸ ἀρχεῖον, ἀσκῶμεν τε δι' ὧν μάλιστα δυνησόμεθα κατέχειν ἃ δεῖ παρέχωμεν τε ἡμᾶς αὐτοὺς χρῆσθαι Κύρῳ ὅτι ἂν δέῃ. καὶ τοῦτο γὰρ οὐ εἰδέναι χρή, ὅτι οὐ μὴ λυσιτελήσει Κῦρος σύμφυτον ὅ, τι αὐτῷ μὲν ἐπ' ἀγαθῷ χρήσεται, ἡμῖν δὲ οὔ. ἐπεὶ ὥσπερ τὰ γε αὐτὰ ἡμῖν συμφέρει, καὶ οἱ αὐτοὶ εἰσὶν ἡμῖν πολέμιοι.

EADEM LATINE,

Franciſco Philelpho interprete.

VErùm ego,ô viri, ſæpenumero etiam aliâs cogitaui, bonum principem nihilo differre à bono patre. Nam & parentes filiis prouident, vt bona his nunquam ſint defutura: & Cyrus videtur mihi nunc ea nobis conſulere à quibus maximè in felicitate poſſimus perſeuerare. Quod autem mihi videtur minus quàm oportuerat oſtendiſſe,hoc ego eos enitar qui ignorant,docere. Cogitate enim, quæ vrbs hoſtilis ab obedire nolentibus capi poſſit? & quæ amica ab iis qui parêre nolint,ſeruari queat? Quis ex immorigeris exercitus victoriam conſequatur? quo autem pacto magis homines vincantur in pugna, quàm vbi cœperint priuatim quiſque de ſua ſalute conſultare? quod etiam aliud bonum præſtetur ab iis qui præſtantioribus nō parent? quæ vrbes legitimè habitentur? vel quæ domus ſeruentur? quo pacto naues quò opus ſit perueniant? Nos verò quæ hoc tempore habemus bona, ob quam rem aliam magis adepti ſumus quàm ob præſtitam imperatori obedientiam? Propter hoc enim & noctu & die,celeriter quò opus erat,proficiſcebamur: &,dum conferti imperatorem ſequebamur, nemo impetum noſtrum ſuſtinere poterat, & quæ iuſſa erant, eorum nihil imperfectum linquebamus. Si igitur principi obedire maximum apparet eſſe bonum ad bona adipiſcenda: ita vobis exploratum eſſe debet quòd etiam idem hoc ad, ſeruandum quæ oportet,maximum eſt bonum. Et antea quidem multi nobis imperabant, at imperabamus nemini: nunc verò vobis quotquot adeſtis ita res ſunt comparatæ,vt imperetis alii quidem pluribus,alii verò paucioribus. Quemadmodum igitur ipſi dignum eſſe exiſtimabitis veſtris ſubditis imperare,ita etiam nos iis pareamus quibus decet. Hoc autem inter nos decet ſeruóſque intereſſe, quòd ſerui inuiti heris miniſtrant: nobis autem,ſi nos dignos putamus qui liberi ſimus,vltrò faciundum eſt quod plurimi videtur æſtimandum. Inuenietis quoque in vrbe cuius incolæ vnius dominatui ſubditi non ſunt, eam quæ maximè vult parêre præfectis, hanc minimè ab hoſtibus ad obediendum cogi. Adſimus igitur,vt Cyrus iubet, ad hunc principatum, & ea exerceamus per quæ maximè conſeruare poterimus quæ oportet, atq; offeramus Cyro noſtram operam vt ea vtatur ad quodcunque opus ſit. Etenim ne hoc quidem latêre nos debet,nullo modo Cyrum inuenire poſſe rem vllam in qua propter ſuum bonum noſtra opera vſurus ſit,ac non item propter noſtrum: quoniam eadem nobis códucunt,& iidem nobis ſunt hoſtes.

UNED

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Donatiuum liberalissimum ediderat Cyrus, quò sibi etiam magis suos obstringeret. Ii beneficentiam illius mirati, partim magnam esse illi constructam pecuniam crediderunt, partim non tam ærarii facultati, quàm liberalitati, assignarunt. Cyrus hac conciuncula in eorum conuentu habita admonuit, vt non opulentiæ magis quàm beneficentiæ suæ acceptum ferrent: eósque reprehendit, qui aut maiores opes quàm possident, ementiri solent: aut quas habent, abstrusas continent, & amicis claudunt. Sibi opes esse significat, nec celare se, sed eas quæ possint liberalitati sumptus suggerere.

Ἄνδρες φίλοι, ἐγὼ ἔγωγε καὶ πάλαι ἤδη αἰσθάνομαι οἱ βούλονται δοκεῖν πλείω κεκτῆσθαι ἢ ἔχουσιν, ἐλευθεριώτεροι αὖ οἱόμενοι οὕτω φαίνεσθαι· ἐμοὶ δὲ δοκοῦσιν οὗτοι τοὐμπαλιν οὗ βούλονται, ἐφέλκεσθαι. τὸν γὰρ πολλὰ δοκοῦντα ἔχειν, μὴ κατ' ἀξίαν τῆς οὐσίας φαίνεσθαι ὠφελοῦντα τοὺς φίλους, αἰσχρὸν δοκεῖν εἶναι ἐμοί γε δοκεῖ πρᾶγμα εἶναι. εἰσὶ δ' αὖ οἳ λεληθέναι βούλονται ὅσα ἂν ἔχωσι. πονηροὶ οὖν καὶ οὗτοι τοῖς φίλοις ἐμοί γε δοκοῦσιν εἶναι. σφᾶς γὰρ τὰ μὴ εἰδέναι ἃ ὄντα, πολλάκις δεόμενοι ὑπ' ἐπαγγέλλουσιν οἱ φίλοι τοῖς ἑταίροις, ἀλλ' ἀπατῶνται. ἁπλοῦς δέ τίς μοι δοκεῖ εἶναι τὸ πλοῦ δύναμιν φανερὰν ποιήσαντα ὑπὸ τῶν τῆς ἀρετῆς ἀγωνίζεσθαι καλῶν καὶ ἀγαθῶν. κἀγὼ οὖν βούλομαι ὑμῖν, ὅσα μοὶ οἷόν τ' ἐστὶν ἰδεῖν πρὸ ἐμοῦ ὄντων, δεῖξαι ὅσα δὲ μὴ οἷόν τε ἰδεῖν, διηγήσασθαι. ταῦτα εἰπών, τὰ μὲν ἐδείκνυε πολλά τε καὶ καλὰ κτήματα, τὰ δὲ λείμματα ὡς μὴ ῥᾴδια ἦν ἰδεῖν, διηγεῖτο. τέλος δὲ εἶπεν ὧδε, Ταῦτα ὦ ἄνδρες, ἅπαντα δεῖ ὑμᾶς οὐδὲν μᾶλλον ἐμὰ ἡγεῖσθαι ἢ καὶ ὑμέτερα. ἐγὼ γὰρ ταῦτα ἀθροίζω, οὐδ' ὅπως αὐτὸς κατασπανήσω, οὐθ' ὅπως αὐτὸς κατατερῶ· (οὐ γὰρ ἂν δεηθείην μισῶ) ἀλλ' ὅπως ἔχω τοῦ τε ἀεὶ ὑμῖν καλόν τι ποιοῦντι δίδόναι, καὶ ὅπως ἄν τις ὑμῶν τινος ἐνδεῖσθαι νομίσῃ, παρ' ἐμὲ ἐλθὼν λάβῃ οὗ ἂν ἐνδεὴς τυγχάνῃ ὤν.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

VIri amici, vidi equidem iam homines qui videri volunt plura possidere quàm habeant, rati hi quidem se liberaliores ita visum iri: at hi videntur mihi sibi attrahere contrarium eius quod volunt. Nam quum is qui videtur habere multas pecunias, nō pro dignitate facultatum cōspicitur amicis prodesse, illiberalitatis notam id inurit, mea quidem sententia. Sunt etiam rursus qui latêre alios volunt quantum ipsi habeant. malè igitur hi quoque de amicis mihi mereri videntur. Nam quoniā quas ipsi pecunias habeant ignoratur, sæpe indigentes amici sociis non denuntiant, sed decipiuntur. Simplicissimi autem *apertissimique viri* mihi videtur esse, manifestatis suis facultatibus, ex his de munificentia viro probo & honesto digna certare. Ego igitur ostēdere vobis volo quæ mihi sunt omnia, quæcunque possunt videri: quæcunque autem videri non possunt, ea commemorabo. *Quæ loquutus, alia quidem bona ostendebat, quæ multa pulchráque possidebat: quæ autem reposita erant ita vt videri facilè non possent, ea commemorabat.* Postremò ita dixit, Hæc, ô viri amicissimi, omnia oportet vos arbitrari non magis mea esse quàm etiam vestra. Ego enim hæc congero, neque vt ipse insumam, neque vt ipse conteram, (nec enim possim id facere) sed quò habeam quod sim ei daturus qui è vobis pulchri aliquid fecerit: & quò, siquis vestrūm existimauerit se rei alicuius indigere, si ad me veniat, accipiat quod ei sit opus.

ORATIO CAMBYSIS.

ARGVMENTVM.

Cyrus ex Assyriaca expeditione in Persas reuersus, liberalissimus fuit muneribus in omnes pro dignitate tribuendis: & vt quisque splendore & gradù anteibat, ita ab eo honorificentius donabatur. In primis verò parentes singularibus donis ornauit. itaque charissimus omnibus venit. Egerat etiam secum numerosos greges victimarum: ex quibus pater Cambyses quas visum est sumpsit, & rem sacram fecit, quò principes Persarum & Cyrum ipsum conuocauit: vt apud aras & libamina, religionibus interpositis, gratia & concordia perpetua inter eos coiret, & aleretur. In eo ille conuentu hac oratione est vsus: qua vtrosque primùm collaudat principes & Cyrum: principes, quòd Cyro validissimum exercitum decreuissent & contraxissent, partim etiam eorum auspicia illius sequuti essent, vnde res præclarissimæ essent consequutæ: Cyrum, quòd Persarum nomen illustrasset, & opes eorum imperiumque amplificasset. Inde hortatur vtrosque ad concordiam, deósque testes interponit.

Ἄνδρες Πέρσαι, ἐγὼ σὺ ὦ Κῦρε, ἐγὼ ἀμφοτέροις ὑμῖν εἰκότως εὔνους εἰμί. ὑμῶν μὲν γὰρ βασιλεύω· σὺ δὲ ὦ Κῦρε, παῖς ἐμὸς εἶ. δίκαιος οὖν εἰμι, ὅσα γιγνώσκειν δοκῶ ἀγαθὰ ἀμφοτέροις, ταῦτα εἰς τὸ μέσον λέγειν. ἃ μὲν γὰρ παρελθόντα ὑμεῖς μὲν Κῦρον ηὑρήσατε, πρᾶγμα δόντες, καὶ ἄρχοντα τοῦτον αὐτῶν καταστήσαντες. Κῦρος δὲ ἡγεμὼν μὲν τοῦτον σὺν θεοῖς ἐκλεῖς μὲν ὑμᾶς, ὦ Πέρσαι, ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις ἐποίησεν, ἐντίμους δὲ ἐν τῇ Ἀσίᾳ πάσῃ. πᾶσι δὲ συστρατευσαμένων αὐτῷ τοῖς μὲν χρήσιμος καὶ περίφανε, τοῖς δὲ πολλοῖς μισθὸν καὶ θρέψιν παρεσκεύακεν. ἱππικὸν δὲ καταστήσας Περσῶν, πεποίηκε Πέρσας καὶ πεδίων εἶναι μετασίαν. ὧν μὲν οὖν καὶ τοιοῦτον οὕτω γιγνώσκητε, πολλῶν καὶ ἀγαθῶν αἴτιοι ἀλλήλοις ἔσεσθε. εἰ δὲ ἢ σύ, ὦ Κῦρε, ἐπαρθεὶς ταῖς παρούσαις τύχαις, ἐπιχειρήσεις καὶ Περσῶν ἄρξαι ὅτι πλεονεξίᾳ, ὡς οὐδὲν πρὸς ἄλλον, ἢ ὑμεῖς, ὦ πολῖται, φθονήσαντες τούτῳ τῆς δυνάμεως, καταλύειν πειράσεσθε τοῦτον τῆς ἀρχῆς, οὗ ἴστε ὅτι ἐμποδὼν ἀλλήλοις πολλῶν καὶ ἀγαθῶν ἔσεσθε. ὡς οὐκ ἐμὲ τοῦτο γίγνηται, ἀλλὰ ταῦτα, ἐμοὶ δοκεῖ θύσαντας ὑμᾶς κοινῇ, καὶ θεοὺς ἱλασαμένους σὺν θεοῖς σέ, ὦ Κῦρε, ἵν' ὅτι μάλιστα ἐπὶ τὴν χώραν Περσίδι, ἣ Περσῶν νόμοις διαπρᾶξαι πειρᾶται, βοηθῆσαι παρὰ δύνει ὑμᾶς δὲ, ὦ Πέρσαι, ἵν' ὅτι ἡ ἀρχὴ Κύρου ὅτι χειρὶ καταπαύειν, ἢ ἀφίστασθαι ἧς πρὸς χειρίων· βοηθῆσαι καὶ ὑμῖν αὐτοῖς καὶ Κύρῳ καθ' ὅ, τι ἂν ἐπαγγέλλῃ. καὶ ἕως μὲν ἂν ἐγὼ ζῶ, ἐμὴ γιγνήται ἡ ἐν Πέρσαις βασιλεία· ὅταν δὲ ἐγὼ τελευτήσω, δῆλον ὅτι Κύρου, ἐὰν ζῇ, καὶ ὅταν μὲν ἔσῃ ἀφίκηται εἰς Πέρσας, ὁπόσως ἂν ὑμῖν ἔχοι τοῦτον θύειν τὰ ἱερὰ ὑπὲρ ὑμῶν ἄνωθεν ἐγὼ θύω· ὅταν δὲ ἔσῃ ἐκδημῇς ἢ, καλῶς ἂν οἶμαι ὑμῖν ἔχειν εἰ ὧν τὸ γένους, ὃς ἂν δοκῇ ἡμῖν ἄριστος εἶναι, ἔσῃ τὰ πρὸς θεῶν ἀποτελοῖτο.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

VIri Persæ, & tu Cyre fili, ego vtrisque vobis, vt decet, sum beneuolus. nam vobis, Persæ, rex sum: tu autem, Cyre, meus es filius. Itaque æquum est me quæcũque videor mihi nosse vtrisque vobis conducere, hæc vt in medium proferam. Superioribus enim temporibus vos Cyrum amplificastis, quippe cui & exercitum dederitis, & quem exercitus principem constitueritis. Huius autem dux Cyrus, diis iuuantibus, inclytos vos, ô Persæ, inter omnes homines reddidit, & in vniuersa Asia honoratos. Eorum verò qui vnà cum ipso militiam obiere, viros optimates etiã locupletauit: multitudini verò stipendium victúmque parauit: constitutóque Persarum equitatu, reddidit Persas agrorum item participes. Si quidem igitur in posterum ita senseritis, eritis inuicem vobis autores multarum bonarúmque rerum. Sin autem tu Cyre elatus secundis rebus præsentibus, aggrediaris in Persas quoque imperium gerere, ad cumulandas tibi opes supra cæteros, quemadmodũ in alios, aut vos ciues huius potẽtiæ inuidẽtes tẽtabitis summouere eum imperio: certò scitote vos inuicem vobis fore impedimento quo minus rebus plurimis bonis perfruamini. Quæ quidem ne fiant, sed bona, potius censeo vobis per publicum sacrificium, pérq; deorum attestationem, in hæc pacta conueniendum esse: te quidem, ô Cyre, si quis aut regioné Persida bello appetierit, aut Persarum leges rescindere tentauerit, auxilium patriæ laturum omnibus viribus: vos autem ô Persæ, si quis aut imperio Cyrum priuare, aut si subditorum quisquam deficere tentauerit, futuros auxilio & vobisipsis & Cyro prout is præcipiat. Atque donec ego in viuis sum, meum sit in Persis imperium: sed vbi ipse diem obiero, regnum scilicet erit Cyri, si vixerit. Quúmque hic in Persas venerit, religioni vestræ conueniens & decorum erit, vt hic sacra pro vobis faciat, quæ nunc ipse sacrifico: sed quum hic à Perside aberit, rectè vobis consultum erit (mea sententia) si ex cognatione qui vobis præstantissimus videatur, hic debita diis immortalibus persoluat.

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Cyrus quum è Perside in Medos, deinde in citeriorem Asiam, quam subegerat, ad describendas & constituendas prouincias reuertisset, decreuit præfectos præsidiorum atque vrbium, prouinciarúmq; quas illi Satrapias appellabant, præsides creare: aliáque ad prouinciarum defensionem & administrationem instituere: cooptatísque quibus eos honores mandare statuerat, concilium principum indixit & coegit. Iis, quum conueniissent, hac oratione consilium suum exposuit. Placere, qui vrbibus, præsidiis, prouinciisque præsint, legere: eorum quæ sint partes, quæque officia, præscribere: itémque alios mittere, quibus agri modum & domicilium impertiat atque attribuat, per quos vectigaliorum coactores commodius munus suum exequantur. Quos vero prouinciis præficiebat, nominatim citauit. Iis negotium dat vt belli gerendi neruos sibi quam copiosissimè prouideant: &, vbi vsus erit, mittant. In prouinciis & præfe-

cturis ſuis liberalitate ſuos allicere conentur, benignè iis faciant, victum è ſuo, id eſt è publico, præbeant, nunquam otio & deſidiæ ſe dent, ſemper opus aliquod aut exercitationis, aut domeſticum, aut publicum nauent, ſuam denique induſtriam imitẽtur, & ipſi ſuam cohorti quiſque ſuæ imitandam proponant.

Ἄνδρες φίλοι, εἰσὶν ἡμῖν ὑπ' αὐτοῖς καταπεπραμμέναις πόλεσι φρουροὶ καὶ φρούραρχοι, οὓς τότε κατελίπομεν, ἡνίκα τοῦτοις ἐγὼ πορευόμενος ἀπῆλθον ἄλλο μηδὲν οὕτω σπουδάζειν, ἢ ὅπως ἀσφαλῶς διαφυλάξουσι τὰ παραδεδομένα αὐτοῖς. ἐπεὶ καλῶς διαφυλάξαντες τὰ παραδεδομένα ἄλλοις δὲ σατράπαις πεμφθῆναι μοι δοκεῖ, οἵτινες ἀρξουσι μὲν ἐνοικούντων, καὶ τὸν φόρον λαμβάνοντες τοῖς τε φρουροῖς δώσουσι μισθὸν, καὶ ἄλλο τελέσουσιν ὅ, τι ἂν δέῃ. δοκεῖ δέ μοι καὶ ἡμῖν ἐνθάδε ὑμῶν οἷς αὖ ἐγὼ παρόντα παρέχω, πέμπων παράξονταί τι ὅπῃ ταῦτα τὰ ἔθνη, χώρας γενέσθαι καὶ οἴκους οἰκεῖ, ὅπως δασμοφορῆται αὐτοῖς δεῦρο, ὅταν τε ἴωσιν οἴκοισε, εἰς οἰκεῖα ἔχωσι καταγεσθαι. Καὶ μετ' ὀλίγα. Δεῖ δὲ τοὺς ἰόντας σατράπας ὅπῃ ταύτας τὰς χώρας, σκοπεῖν οἵτινες ὅ, τι ἂν τῇ γῇ ἐνόντι καλὸν ἢ ἀγαθὸν ᾖ, μεμνήσονται καὶ δεῦρο ἀποπέμπειν, ὡς μετέχωμεν καὶ οἱ ὧδε ὄντες ἡμῖν πανταχοῦ γιγνομένων ἀγαθῶν. καὶ γὰρ ἰὼν τι που δεινὸν γίγνηται, ἡμῖν ἔσται ἀμυντέον. Καὶ μετά τινα Ὅς τις ἂν ἐμοὶ λόγον τῆς δυνάμεως, πλεῖστα μὲν ἅρματα, πλείστους δὲ καὶ ἀρίστους ἱππέας ἀποδεικνύῃ, τοῦτον ἐγὼ, ὡς ἀγαθὸν σύμμαχον καὶ ὡς ἀγαθὸν συμφύλακα Πέρσαις τε καὶ ἐμοὶ τῆς ἀρχῆς, τιμήσω. ἔστωσαν δὲ παρ' ὑμῖν καὶ ἕδραι, ὥσπερ παρ' ἐμοὶ οἱ ἄριστοι πρωτεπιμηθῶσι· καὶ τράπεζα, ὥσπερ ἡ ἐμὴ, τρέφουσα μὲν πρῶτον τοὺς οἰκέτας, ἔπειτα δὲ, καὶ ὡς φίλοις μεταδιδόναι, ἱκανῶς κεκοσμημένη· καὶ ὡς τὸν καλόν τι ποιοῦντα καθ' ἡμέραν ὑπεραίρειν. κἀκεῖθε δὲ καὶ θεραπείαις, καὶ θηρία τρέφετε, καὶ μήτε αὐτοί ποτε ἄνευ πόνου σῖτον φέρεσθε, μήτε ἵππους ἀγυμνάστους χρόνον ἐμβάλλετε, οὐ γὰρ ἂν δυναίμην ἐγὼ εἷς ὢν ἀνθρωπίνῃ ἀρετῇ τὰ πάντων ὑμῶν ἀγαθὰ διασώζειν, ἀλλὰ δεῖ ἐμὲ μὲν ἀγαθὸν ὄντα σὺν ἀγαθοῖς τοῖς παρ' ἐμοῦ ὑμῖν ὑπάρχουσι εἶναι. ὑμᾶς δὲ ὁμοίως αὐτοὺς, ἀγαθοὺς ὄντας, σὺν ἀγαθοῖς τοῖς μετ' ὑμῶν ἐμοὶ συμμάχοις εἶναι. βουλοίμην δ' ἂν ὑμᾶς καὶ τοῦτο καταμαθεῖν, ὅτι τούτων ὧν νεῦ παρακελεύομαι, οὐδὲν τοῖς δούλοις προστάττω. ἃ δὲ ὑμᾶς φημὶ χρῆναι ποιεῖν, ταῦτα καὶ αὐτὸς πειρῶμαι πάντα πράττειν. ὥσπερ δὲ ἐγὼ ὑμᾶς κελεύω ἐμὲ μιμεῖσθαι, οὕτω καὶ ὑμεῖς τοῖς ὑφ' ὑμῶν ἀρχὰς ἔχοντας μιμεῖσθαι ὑμᾶς διδάσκετε.

EADEM LATINE,

Franciſco Philelpho interprete.

VIri amici, ſunt nobis in vrbibus ſubiugatis præſidia, præſidiorúmque præfecti, quos tum reliquimus: & his ego abiens iuſſi vt aliam ad rem nullam eſſent intenti, quàm ad ſeruandas vrbes. Hos igitur ab eo munere nolo amouere, quoniam bene quæ ipſis demandata erant ſeruauere. Sed alii ſatrapæ videntur mihi mittendi, qui imperent habitantibus, quíque accepto tributo & præſidiariis militibus dent ſtipendium, & aliud quodcunque opus eſt ſoluant. Videtur etiam mihi, è vobis hîc agentibus, quibuſcunque negotia faceſſo, dum mitto in has gentes ad obeundum aliquod munus, & agros debere illic poſſidere & domos, vt & tributum huc ad illos perferatur, & quum illuc ibunt in ſuas domos ſe poſſint recipere. *Et paulo póſt.* Oportet autem vt ſatrapas euntes in has regiones tales ipſi conſideremus, qui meminerint huc etiam mittere quicquid aut pulchri aut boni in quolibet ſolo ſit, quò nos quoque qui hîc ſumus, participes ſimus bonorum omnium quæ vbique ſunt. Etenim ſiquid vſpiam periculi erit, nobis erit defendendum. *Et aliquanto póſt.* Quicunque autem mihi effecerit pro ratione potentiæ, plurimos currus, plurimóſque & optimos equites, hunc ego, vt bonum ſocium belli bonúmque concuſtodem imperii mihi atque Perſis, honoribus proſequar. Adhæc præferantur apud vos quoque, quemadmodum apud me, viri optimates cæteris in conceſſu. Et menſa etiam ſit ſicuti mea quæ alat primùm famulos, dein ſatis ſit ornata ad impertiendum etiam amicis, & ad eum qui præclarum aliquid geſſerit quotidie aliquo honorario donandum. Inſuper comparate etiam viuaria, atque nutrite feras: & neque ipſi vnquam ſine labore cibum vobis apponite, neque equis ante exercitationem pabulum iniicite. Haud enim poſſim ipſe qui vnus ſum, humana virtute bona omnium veſtrûm ſeruare ſemper: ſed oportet me quidem ipſum ſtrenuè me gerentem, cum ſtrenuis viris qui à me ſunt, vobis opem ferre: & vos viciſſim, ſtrenuos vos præſtantes, cum ſtrenuis qui vobiſcum ſunt, mihi auxiliatores eſſe. Velim præterea vos hoc etiam animo vobiſcum volutare, me nihil eorum, ad quæ nũc vos hortor, ſeruis imperare, ſed quæ vobis faciunda dico, hæc item ipſe omnia enitor agere. Et quemadmodum ego vobis iubeo vt me imitemini, ſic item vos eos qui à vobis magiſtratus habent, vt vos imitentur docetote.

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Hæc est morientis Cyri oratio. Is enim quum se ex morbo grauissimo decumbere videret, vt quo etiam inedia conficeretur, nec procul ab extremo vitæ spiritu se abesse etiam ex insomnio cognosceret, misit qui filios quos habebat duos, prætereàque amicos & summos viros, qui in imperiis erant, arcesceret, apud quos ita loquitur vt in hac oratione inducitur. Huius autem orationis habendæ consilium fuit vt omnes postremùm affaretur, & filios amicis, filiis regnum committeret, postremámque vocem illis audientibus ederet, testem suæ erga eos voluntatis atque animi. Itaque huius orationis partes sunt tres: prima habet rerum ab eo gestarum commemorationem, tamen modicam & susceptam duntaxat ad animi atque beneuolentiæ erga eos suæ, & huius monitionis commendationem, & ad illis iniiciendum virtutis studium: altera pars multus est Cyrus in cohortandis filiis ad pacem atque concordiam inter se fouendam. Nã quia maiorem natu regni hæredem nominabat, summámque imperii ad eum deferebat, videbatur ægrè id laturus minor, non exors ille quidem omnis imperii, sed tamen non exæquatus cum fratre, tãto sibi maiorem cautionem putauit Cyrus, ne illis discordiarum semina & causas relinqueret. Quocirca vtrunque amicè & paternè ad pacem & fraternam beneuolentiam colendam hortatur: vtriusque dignitati, minoris verò natu tranquillitati se consuluisse ostendit. Monet vt officiis inter se certent: quæ res coniunctionem inter eos astrictura sit. Testatur vt memoriam suam piè colant, fraternam alẽdo charitatem: quo loco de immortalitate animæ grauiter quid sentiat aperit. Postrema parte de sepultura & iustis sibi persoluendis mandat.

ΠΑῖδες ἐμοί, καὶ πάντες οἱ παρόντες φίλοι, ἐμοὶ μὲν ὃ βίου τὸ τέλος ἤδη πάρεστιν (ὃ γὰρ πολλῶν τοῦτο σαφῶς γιγνώσκω) ὑμᾶς δὲ χρή, ὅταν τελευτήσω, ὡς ἂν εὐδαίμονος ἐμοῦ καὶ λέγειν καὶ ποιεῖν παντα. ἐγὼ δὲ παῖς τε ὢν τὰ ὲν παισὶ νομιζόμενα καλὰ δοκῶ κεκαρπῶσθαι· ἐπεί τε ἥβησα, τὰ ὲν νεανίσκοις· τέλειός τε αὐτὴρ γεγονὼς, τὰ ὲν ἀνδράσι. σὺν τῷ χρόνῳ τε ἀεὶ τοῦ πρόσω αὐξανομένου ὀπτιγιγνώσκειν ἐδόκουν καὶ τῷ ἐμῷ φρονήματι. ὥστε καὶ τοῖς μὲν γήρας οὐδεπώποτε ἡδομένῳ τῆς ἐμῆς νεότητος ἀδεκαίστερον γιγνόμενον· καὶ οὔτ' ὀπτ' ἐχειρήσας οὔτ' ὀπτ' ἐμησάς οἶδα ὅπου ἡτυχήσας. καὶ τοῖς μὲν φίλοις ἐπεῖδον δὴ ἐμοῦ ἀνδρας εὐδαίμονας γεγονότας, τοῖς δὲ πολεμίοις ὑπ' ἐμοῦ δουλωθέντας· καὶ τὴν πατρίδα πρόσθεν ἰδιοπαθοῦσαν ὲν τῇ Ἀσίᾳ, νῦν πρωτεπομένην καταλείπω. ὧν τ' ἐκτησάμην οὐδὲν οἶδα ὃ, τι οὐ διεσωσάμην. καὶ τὸν μὲν παρελθόντα χρόνον ἔφερον οὕτως ὡς ἂν ἡδόμην· φόβος δέ μοι συμπαρομαρτῶν μήπ' ὲν τῷ ὀπόσον χρόνῳ ἢ ἴδοιμι ἢ ἀκούσαιμι ἢ πάθοιμι χαλεπὸν, οὐκ εἴα τελέως μέγα φρονεῖν, οὐδ' ἀνδραγαθεῖσθαι ὲκπεπαιδωκώς. νῦν δ' ἰὼν τελευτήσω, καταλείπω μὲν ὑμᾶς, ὦ παῖδες, ζῶντας, οἷς ἂν ἔδοσαν μοι οἱ θεοὶ χρήσθαι· καταλείπω δὲ πατρίδα καὶ φίλοις εὐδαιμονοῦντας. ὥστε πῶς οὐκ ἂν ἐγὼ δικαίως μακαριζόμενος τὸν ἀεὶ χρόνον μνήμης τυγχάνοιμι; δεῖ δὲ καὶ τὴν βασιλείαν μὲ ἤδη σαφηνίσαντα καταλιπεῖν, ὡς ἂν μὴ ἀμφίλογος γιγνομένη πρόσχημα ὑμῖν παρέσχη. ἐγὼ δὲ νῦν φιλῶ μὲν ἀμφοτέρους ὑμᾶς ὁμοίως, ὦ παῖδες· τὸ δὲ πρόσθουλεύειν καὶ πρόσηκεῖσθαι ἐφ' ὅ, τι ἂν καιρὸς δοκῇ εἶναι, τοῦτο προσθήσω τῷ πρεσβυτέρῳ γιγνομένῳ, καὶ πλειόνων κύριον εἰκὸς ἐμπείρῳ. ἐπαγγέλλω δὲ ἐγὼ αὐτὸς οὕτως ὑπὸ τῆσδε τῆς ἐμῆς τε καὶ ὑμετέρας πατρίδος, τοῖς πρεσβυτέροις οὐ μόνον ἀδελφοῖς, ἀλλὰ καὶ πολίταις, καὶ ὁ σῶν καὶ θανὼν καὶ λόγῳ ὑπακούειν. ἐγὼ ὑμᾶς δὲ, ὦ παῖδες, οὕτως ἐξ ἀρχῆς ἐπαίδευον, τοῖς μὲν γεραιτέροις πρεσπίπτειν, τῷ δ' νεωτέρων πρεσπέμπεσθαι. ὡς οὖν παλαιὰ καὶ εἰθισμένα καὶ ἔννομα λέγοντος ἐμοῦ, οὕτως ἀποδέχεσθε. καὶ σὺ μὲν, ὦ Καμβύσου, τὴν βασιλείαν ἔχε, θεῶν τε δίδοντων καὶ ἐμοῦ, ὅσον ὲν ἐμοί. σοὶ δὲ, ὦ Ταναοξάρη, σατράπην εἶναι δίδωμι Μήδων τε καὶ Ἀρμενίων, καὶ πείτων Καδουσίων. ταῦτα δέ σοι δίδους, νομίζω ἀρχὴν μὲν μείζω καὶ τύραννα τῆς βασιλείας τῷ πρεσβυτέρῳ καταλιπεῖν, ὀλβιωτέραν δέ σοι ἀλυποτέραν τε ὀπίσας μὲν γὰρ ἀνθρωπίνης ὐφροσύνης ὀπτῆρες ἔσῃ οὐχ ὁρῶ, ἀλλὰ πάντα σοι τὰ δοκοῦντα ἀνθρώποις ὐφροσύνην παρέσται. τὸ δὲ δίκαια πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους ἐρᾶν, καὶ τὸ πολλὰ μεμνῆσθαι, καὶ τὸ μὴ θρασύνεσθαι ἡσυχίαν ἔχειν, κεντριζόμενον ὑπὸ τῆς θεοῦ ξυμφορᾶς ἔργα φιλονεικίας, καὶ τὸ ὀπτ' ἐθέλειν καὶ τὸ ὀπτ' ἐθέλεσθαι, ταῦτα τῷ βασιλεύοντι αἰεί σοι μᾶλλον συμπαρομαρτεῖν· ἀσφαλῆ δὴ τῷ ὐφροσύνην πολλὰς ἀχρηστίας παρέχει. οἶδα μὲν οὖν ἐγὼ σὺ ὦ Καμβύσου, ὅτι οὐ τόδε τὸ χρυσοῦν σκῆπτρον τὸ τῆς βασιλείας διασῶζον ἐστιν, ἀλλ' οἱ πιστοὶ φίλοι σκῆπτρον βασιλεῦσιν ἀληθέστατον καὶ ἀσφαλέστατον. πιστοὺς δὲ μὴ νόμιζε φύσει φύεσθαι ἀνθρώπους· (πᾶσι γὰρ αὖ οἱ αὐτοὶ πιστοὶ φαίνοιντο· ὥσπερ καὶ τἄλλα τὰ πεφυκότα πᾶσι τὰ αὐτὰ φαίνεται) ἀλλὰ τοὺς πιστοὺς πόθῳ δεῖ ἕκαστον ἑαυτῷ. ἡ δὲ κτῆσις αὐτῶν ἔστιν οὐ δαμῶς σὺν τῇ βίᾳ, ἀλλὰ μᾶλλον σὺν τῇ ἀνεργισίᾳ. εἰ οὖν καὶ ἄλλος τινὰς πειρᾶσι συμφύλακας τῆς βασιλείας ποιεῖσθαι, μηδαμόθεν πρόσθεν ἀρξαι ἢ ἀπὸ τῆς ὁμόθεν γνωμοσύνου. καὶ πολῖται τοι ἀνθρωποι ἀλλοδαπῶν οἰκειότεροι, καὶ σύστιοι ἀποσκιλῶν. οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σπέρματος φυέντες, καὶ ὑπὸ τῆς αὐτῆς μητρὸς βαφέντες, καὶ ὲν τῇ αὐτῇ οἰκίᾳ αὐξηθέντες, ὑπὸ τῷ αὐτῷ γονέων ἀγαπώμενοι, καὶ τὼ αὐτὼ μητέρα καὶ τὸν αὐτὸν πατέρα προσαγορεύοντες, πῶς οὐ πάντων οὗτοι οἰκειότατοι; μὴ οὖν ἆ οἱ θεοὶ ὑφηγοῦνται ἀγαθὰ εἰς οἰκειότατα ἀδελφοῖς, μάταια ποτὲ ποιήσητε, ἀλλ' ὀπτ' ἄν τὰ δῶ οἰκοδομεῖτε ἄλλα φιλικὰ ἔργα· καὶ οὕτως ἀεὶ αὐτὸς ὑπερβλητος ἄλλοις ἔσται ἡ ὑμετέρα φιλία. ἑαυτοῦ τοι κήδεται ὁ φρονῶν ἀδελφοῦ. τίνι γὰρ ἄλλῳ ἀδελφὸς μέγας ὢν οὕτω καλὸν ὡς ἀδελφῷ; τίς δ' ἄλλος τιμήσεται δὴ ἀνδρα μέγα δυνάμενον οἵτως ὡς ἀδελφὸς; τίνα δ' φοβήσεται ὡς ἀδικεῖν ἀδελφοῦ μεγάλου ὄντος, ὅτως ὡς τὸν ἀδελφόν; μήτε οὖν τᾶλλον μηδεὶς σου τοῦτο ὑπακουέτω, μήτε προθυμότερον παρέστω. οὐδενὶ γὰρ οἰκειότερα τούτου οὔτε ἀγαθὰ, οὔτε δῶρα, ἢ σοί. ὑννοεῖ δὲ καὶ πάδε, τίνι χαεισάμενος ἐλπίσας ἂν μειζόνων τυχεῖν, ἢ τούτῳ; τίνι δ' ἂν βοηθήσας ἰσχυρότερον σύμμαχον αὐτὸν πλάσοις; τίνα δ' αἴσχιον μὴ φιλεῖν ἢ τὸν ἀδελφόν; τίνα δὲ ἁπάντων

κάλλιον πρεπιμᾶν ἢ τὸν ἀδελφόν; μόνου τοι, ὦ Καμβύσου, πρεσβυτέρου ὄντος ἀδελφοῦ παρ' ἀδελφῷ, οὐδὲ φθόνος πρὸς τῶν ἄλλων ἀφικνεῖται. ἅμα πρὸς θεῶν πατρώων, παῖδες, πάντες ἀμήλους, εἴπερ καὶ τῷ ἐμοὶ χαρίζεσθαι μέλει ὑμῖν. οὐ γὰρ δήπου τοῦτό γε σαφῶς δοκεῖτε εἰδέναι, ὡς οὐδὲν ἔσομαι ἐγὼ ἔπειδὰν τῶν ἀνθρωπίνων βίου τελευτήσω. οὐδὲ γὰρ νῦν τοι τῶν γ' ἐμοὶ ψυχοὶ ἑωρᾶτε, ἀλλ' οἷς διεπράττετο, τούτοις αὐτοῖς ὡς οὖσαν κατεφωρᾶτε. πρὸς δὲ τῶν ἀδίκως πασχόντων ψυχὰς οὔπω κατενοήσατε οἵοις μὲν φόβοις τοῖς μαινόμενοις ἐμβάλλουσιν, οἵοις δὲ παλαμναίοις πρὸς αἰσίοις ὅπλοις πέμπουσι. τοῖς δὲ φθονοῦσι τοῖς ὑμᾶς ὁρᾶν ἔπι αὖ δοκεῖτε, εἰ μηδενὸς αὐτοῖς αἱ ψυχαὶ κύριαι ἦσαν; οὔτοι ἔγωγε, ὦ παῖδες, οὐδὲ τῶν πώποτε ἐπείθου, ὡς ἡ ψυχὴ ἕως μὲν ἂν ἐν ἀνθρωπίνῳ σώματι ᾖ, ζῇ, ὅταν δὲ τοῦτο ἀπαλλαγῇ, τέθνηκεν. ὁρᾶν γὰρ ὅπῃ καὶ τὰ ἀνθρώπεια σώματα ὅσον ἂν ἐν αὐτοῖς χρόνον ᾖ ἡ ψυχὴ, ζῶντα παρέχει. οὐδέ γε ὅπως ἄφρων ἔσται ἡ ψυχὴ ἐπειδὰν τὸ ἄφρονος σώματος δίχα γένηται, οὐδὲ τοῦτο πέπεισμαι. ἀλλ' ὅταν ἄκρατος καὶ καθαρὸς ὁ νοῦς ἐκκριθῇ, τότε καὶ φρονιμώτατον εἰκὸς αὐτὸν εἶναι. ὁρῶ δὲ καὶ τὸν ἀνθρώπου, ὅταν ἕκαστα ἀποτέλεσθῇ πρὸς τὸ ὁμόφυλον, πλεῖστα τῆς ψυχῆς. αὐτὴ δὲ μόνη οὔτε παρουσα οὔτε ἀπιοῦσα ὁρᾶται. ἐννοήσατε δὲ ὅτι ἐγκυτέρου μὲν τοῦ ἀνθρωπίνου θανάτου οὐδέν ὄφιν ὕπνου. ἡ δὲ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ τότε δήπου θειοτάτη καταφαίνεται, καὶ τότε τὰ τῶν μελλόντων προορᾷ· τότε γὰρ, ὡς ἔοικε, μάλιστα ἐλευθεροῦται. εἰ δὴ οὖν οὕτως ἔχει τοῦτο ὡς ἔγωγε οἶμαι, καὶ ἡ ψυχὴ καταλείπει τὸ σῶμα, καὶ τῷ ἐμοὶ ψυχῷ καταδεύεσθαι ποιεῖτε ἃ ἐγὼ δέομαι· εἰ δὲ μὴ οὕτως. ἀλλὰ μὴν οὖσα ἡ ψυχὴ ἐν τῷ σώματι σωματοειδὴς φαίνεται· ἅμα θεοὺς γε πάντες ἀεὶ ὄντας, καὶ πάντ' ἐφορῶντας, καὶ παντὰ δυναμένους, οἳ καὶ τὸν ὅλων τόνδε τὸν ἔξιν συνέχουσιν ἀκριβῆ καὶ ἀκήρατον καὶ ἀναμάρτητον, καὶ τοῦτο κάλλιστος καὶ μεγέθους ἀδιήγητον· τούτους φοβεῖσθαι, μήτε ἀσεβές μηδὲν, μηδὲ ἀνόσιον, μήτε ποιήσητε, μήτε βουλεύσητε. μετὰ μὲν τοι θεοῦ, καὶ ἀνδρῶν τὸ παῦ χρῆσθαι τὸ ἀεὶ ὁπηνικοῦν αἰδεῖσθε. οὐ γὰρ ἂν σκότῳ ὑμᾶς οἱ θεοὶ ἀποκρύψαιεν, ἀλλ' ἐμφανῆ πᾶσιν ἀνάγκη ἀεὶ ζῆν τὰ ὑμέτερα ἔργα· ἃ νῦν μὲν καθαρὰ καὶ ἔξω πρὸς ἀδίκων φαίνηται, δῆλα τοῖς ὑμᾶς ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις αἰσχυνεῖ· εἰ δὲ ἐς ἀμήλους ἀδικόν τι φρονήσετε, ἐκ πάντων ἀνθρώπων τὸ ἄξιον τίσει ἕκαστος. οὐδεὶς γὰρ αὖ ἔπι πίσυσι δεινὰ τοῖς ὑμῖν, οὐδ' εἰ πάνυ πεφυμοῖτο, ἰδὼν ἀδικούμενον τὸν μάλιστα φιλίᾳ προσήκοντα. εἰ μὲν οὖν ἐγὼ ὑμᾶς ἱκανῶς διδάσκω οἷοις χρὴ πρὸς ἀλλήλους εἶναι· εἰ δὲ μὴ, καὶ πρὸς τῶν πρὸ πολλῶν μανθάνετε. αὐτὴ γὰρ ἡ φύσις διδασκαλία. οἱ μὲν γὰρ πολλοὶ ἅμα γεγόνηται φίλοι μὲν γονεῦσι παισὶ, φίλοι δὲ ἀδελφοῖς. ἤδη δέ τινες τούτων καὶ ἐναντία ἀλλήλοις ἔπραξαν. ὁπότεροις αὖ ἂν αἰσθάνησθε τὰ πρακτέα συνετοῖς, ταῦτα δὴ αἱρούμενοι, ὀρθῶς αὖ βουλεύοισθε. ἐγὼ τούτων μὲν ἴσως ἤδη ἄλλοις ἐπιτρέψω. τὸ δ' ἐμὸν σῶμα, ὦ παῖδες, ὅταν τελευτήσω, μήτε ἐν χρυσῷ θῆτε μήτε ἐν ἀργύρῳ, μηδὲ ἐν ἄλλῳ μηδενί· ἀλλὰ τῇ γῇ ὡς τάχιστα ἀποδοτε. πῶς γὰρ τούτου μακαριώτερον τῇ γῇ μιχθῆναι, ἣ πάντα μὲν τὰ καλὰ, πάντα δὲ τὰ ἀγαθὰ φύει τε καὶ τρέφει; ἐγὼ δὲ ἄλλως φιλάνθρωπος ἐγενόμην, καὶ νῦν ἡδέως ἂν μοι δοκῶ κοινωνῆσαι ἃ διέρχεται τοῖς ἀνθρώποις. ἅμα γὰρ ἤδη ἀπολιπεῖν μοι φαίνεται ἡ ψυχὴ ὅδε πως, ὡς ἔοικε, πάντα ἀρχεται ἀπολιποῦσα. εἶπε οἱῷ ὑμῶν ἡ δεξιᾶς βούλεται τῆς ἐμῆς ἅψασθαι, ἢ ὄμμα τοὐμὸν ζῶντος ἔπι προσθεῖν ἐθέλει, προσίτω. ὅταν δ' ἐγὼ ἐγκαλύψωμαι, αἰτοῦμαι ὑμᾶς, ὦ παῖδες, μηδεὶς ἔτ' ἀνθρώπων τοὐμὸν σῶμα ἰδέτω, μηδ' αὐτοὶ ὑμεῖς. Πέρσαις μὲν τοι πάντας καὶ τοῖς συμμάχοις ὅπῃ τὸ μνῆμα τοὐμὸν προσκαλεῖτε, σωπασομένους ἐμοὶ ὅπῃ ἐν ᾧ ἀσφαλῆ ἤδη ἔσομαι, ὡς μηδὲν αὖ ἔπι κακὸν παθεῖν, μήτε νῦν μετὰ ταῦτα γιγνώσομαι, μήτε νῦν μηδὲν ἔπι ᾧ. ὁπόσοι δ' αὖ ἔλθωσι, τούτοις δὴ ποιήσαντες, ὁπόσα ἐπ' αἰσθοῖ εὐδαίμονι νομίζεται, ἀποπέμπετε. καὶ τοῦτο μέμνησθέ μου τελευταῖον, τοῖς φίλοις διέρχεσθαι, καὶ τοῖς ἐχθροῖς δεινὸν εἶναι κολάζειν. καὶ χαίρετε ὦ φίλοι παῖδες, καὶ τῇ μητρὶ ἀπαγγέλλετε ὡς παρ' ἐμοῦ· καὶ πάντες ὅσοι παρόντες καὶ οἱ ἀπόντες φίλοι χαίρετε.

EADEM LATINE,
Francisco Philelpho interprete.

Fllii mei charissimi. & vos amici omnes qui hîc adestis, vitæ finem adesse iam mihi ex multis equidem rebus perspicuè cognosco. Vos autem decet, quum obiero, omnia pro me dicere & facere tanquam felicitatem adepto. Ego enim & quum puer essem, quæ in pueritia pulchra esse & ornamentum afferre existimantur, eorum mihi videor fructum consequutus: & vbi excessi in ephebos, eorum ornamentorū quæ habet adolescentia: & perfectus vir factus, eorum quę in virili sunt ætate. Quinetiam cū progressu temporis viuà etiam progressum & incrementum mearum virium animad uertere mihi videbar: adeo vt senectutem meam iuuētute imbecilliorem factam nunquam senserim. Neque verò aliquid aut cupisse aut aggressum me noui, cuius spe frustratus sim. Et amicos quidem meos vidi per me factos esse felices, hostes verò à me redactos in seruitutem. Atque meam patriam, quæ antea in Asia nullum habebat imperium, nunc præ cæteris relinquo honoratam. Et quæ adeptus sum, eorum nihil noui quod non seruauerim. Et superiori quidem tēpore omnia mihi ex voto cedebant, sed quum metus me comitaretur, ne quid in futurum vel viderem, vel audirem, vel paterer molestum, is me non sinebat prorsus esse magno elatóque animo, neque plena lætitia perfrui. Nunc verò si moriar, relinquo vos filii viuos, quos dii immortales dederūt mihi: relinquo etiam patriam & amicos feliciter agentes. Quare cur non meritò in ore hominum felicem me prædicantium omni tempore ero? Est autem à me declarandū cui regnū sim relicturus, ne id si ambiguum sit, negotia vobis facessat. Equidem vos, ô filii, ambos æquè amo: verùm & consilio prouidere, & ducem se præstare ad ea quæ

tempus postulare videbitur, hoc ei mando qui & prior est natus, & quem rerũ plurium peritum esse rationi consentaneũ est. Institutus autem fui ita etiã ipse & à mea & vestra patria, senioribus non solùm fratribus, verum etiam ciuibus, & via, & sedili, & sermone cedere. Atque vos ego, filii, ita initiò institui vt & seniores vobis in honore præferretis & vos iunioribus præferremini. Quare ita admittite quæ à me dicũtur, vt & vetera & vsitata & legitima. At tu quidem, ô Cambyses, regnum habe & diis dantibus & meipso, quantum in me est: tibi verò, do, ô Tanaoxares, satrapam esse & Medorum & Armeniorum, & tertiorum Caduſiorum. Hæc verò dans tibi, existimo me imperiũ quidem maius atque regni nomen seniori filio reliquisse, at felicitatem tibi cum minore molestia. Qua enim humana lætitia cariturus sis, haud equidem video: quin omnia tibi sunt affutura quæ videntur afficere homines voluptate. Sed cupere res factu difficiliores, variisque curis distrahi, neque posse quietum esse, dum stimulat æmulatio rerum à me gestarum, & insidias tendere, obiicique insidiis, hæc necessariò magis illum qui rex erit quàm te comitentur: quæ quidem ipsa, vt perspicuè nosti, multùm ab oblectationibus auocant. Quare, (quod etiam te Cambyses minimè latet) NON est aureum hoc sceptrum quod regnum seruat, sed amici fidi sceptrum sunt regibus verissimum maximéque tutum. Verùm ne putes homines nasci natura fidos: (omnibus enim iidem fidi conspicerentur, quemadmodum etiam alia, quæ natura gignuntur, omnibus conspiciuntur eadem) sed fidos oportet sibi vnusquisque faciat, quorum acquisitio nullo modo fit vi, sed beneficentia potius. Itaque si alios quosdam tentabis regni concustodes efficere, nusquã aliunde prius incipe quàm ab eo qui ex eodem loco natus est. Et quidem homines ciues alienigenis cõiunctiores sunt, & qui vnà fuerunt educati, illis qui conuubernales non fuerunt: qui autem ex eodem semine sunt orti & nutriti ab eadem matre, & in eadem domo adoleuerunt, & ab iisdem parentibus amati, & eandem matrem eundémque patrem appellant, quomodo hi non sint omnium inter se coniunctissimi? Nolite igitur bona, per quæ dii immortales deducunt fratres ad coniunctionem, inania vnquam facere, sed his continuò superstruite alia amicitiæ opera, & ita semper insuperabilis vobis inuicem futura est vestra amicitia. Qui fratri prouidet, seipsum curat. Cui enim alii frater magna potentia præditus tantum affert ornamenti, quantum fratri? quis verò alius honorabit virum potẽtem, ita vt frater? quémnam timebit quisquam iniuria afficere, si frater sit potens, vt fratrem? Nemo igitur te celerius huic obsequatur, neque alacrius adsit. Nemini enim coniunctiora sunt huius neque bona, neque mala, quàm tibi. Cogita hæc præterea, Cui gratificatus maiora consequi speres quàm huic? Cui etiam auxiliatus, valentiorem socium belli recipias? quem præterea turpius est non amare quàm fratrem? quem supra omnes honorare pulchrius est, quàm fratrem? Solus quidem, ô Cambyses, frater est, ad quem si primas habet partes apud fratrem, aliorum inuidia non pertingit. Quin per deos patrios, filii mihi chariſſimi, honorate vos inuicem, siquid etiam tunc mihi gratum facere cura est vobis. Non enim sanè hoc videmini nosse dilucidè, me nihil amplius fore, quum ab humana vita decesſero. nam ne nunc quidem animum meum videbatis, verùm ex iis quæ agebat eum esse deprehendebatis. Animi verò eorum qui iniuriam passi sunt, nondum intellexistis quos metus homicidis iniiciant? quas item vltrices afflictiones in nefarios immittant? Vita autem functis putetisne honores fuisse adhuc duraturos, si eorum animi nullius rei ius haberent? Nullo modo ego, filii, ne hoc quidem mihi vnquam persuasi, animum viuere quandiu fuerit in corpore mortali: quum verò ab hoc solutus fuerit, mori. Video enim eum corpora mortalia, quantisper in illis est, viua præstare. Neque sanè animus, mea sententia, insipiens est quum separatur ab insipienti corpore: sed quum mens mera ac pura ab eo discreta fuerit, tum etiam consentaneum est ipsam maximè & vigere & sapere. Quum verò homo dissoluitur, minimè est obscurum abire singula ad cognatam speciem ac suam, animo tamẽ excepto, qui solus neque quum adest, neque quum discedit, conspicitur. Cogitate præterea nihil esse morti somno similius: ac hominis animus tum scilicet maximè diuinus perspicitur, & tum futurorũ aliquid prospicit: tum enim, vt videre est, maximè remissus & liber redditur. Quare si hæc ita se habent, vt ipse mihi persuadeo, & animus relinquit corpus, vos, ô filii, reuerentes ani-

mum meum, facite quæ vos rogo: sin non ita se habent, sed manens animus in corpore vnà cum eo interit, deos saltem qui semper sunt, & omnia vident, & omnia possunt, quique hunc rerum omnium ordinatum statum continent certum & immortalem & sine errore, & talem qui præ pulchritudine atque magnitudine enarrari non possit, hosce vos metuentes, nihil vsquam impium, nihil nefarium neque feceritis, neque consultaueritis. Et post deos quidem hominũ etiam genus omne, quod semper propagatur, vobis verendum est. Non enim vos dii in tenebris operiunt, sed opera vestra necesse est semper in propatulo viuere apud omnes: quæ si pura & sine iniustitia appareant, reddẽt vos inter omnes homines potentissimos: sin quid iniusti alter in alterum cogitabitis, fidem apud omnes homines amittetis. Nemo enim amplius credere vobis possit, ne si maximè quidem id cupiat: quippe qui viderit eum iniuria affici qui amicitia sit coniunctissimus. Si igitur ego vos satis doceo quales inuicem esse debeatis, *bene est*: sin minus, saltem ab illis discite qui ante nos fuerunt: hæc enim optima est doctrina. Multi igitur amici permanserunt parentes quidem filiis, fratres autem fratribus, sed & horum aliqui sibi inuicem aduersati sunt. Vtroscunque igitur ex facto suo vtilitatẽ percepisse senseritis, id deligentes *imitandum*, rectè vobis cõsulueritis. Et de his quidem iam satis fortasse. Meum verò corpus, ô mihi charissimi filii, quum moriar, neque in auro condite, neque in argento, neque in alia re prorsus vlla, sed illud terræ quamprimùm reddite. Quid enim hac re beatius, quàm terræ misceri, quæ pulchra omnia bonáque omnia & gignit & nutrit? Ego certè & aliâs me humanum præstiti, & nunc lubenter mihi videor eius rei particeps futurus quę benefica est in homines. Enimuero iam animus me videtur deficere, qua parte (vt videre est) incipit omnes deficere. Quare siquis vestrùm aut dextram meam tangere, aut oculum meum dum adhuc viuo intueri velit, me adeat propius. Verùm vbi ego oculos clausero, peto à vobis filii, nemo amplius corpus meum intueatur, neque vos etiam ipsi. Atque Persas quidem omnes ac socios inuitate ad monumẽtum meum, mihi gratulaturos, quòd iam in tuto sum: vtpote qui nihil amplius mali patiar, neque si cum diis fuero, neque si nihil amplius sim. Quicunque autem venerint, hos iis omnibus beneficiis affectos quæcunque in hominis opulenti funere exhibere solenne est, dimittite. Et hoc ad postremum de me memineritis, Si in amicos benefici fueritis, poteritis etiam plectere inimicos. Ac valete filii charissimi, matríque hæc nuntiate verbis meis: & qui hîc adestis, & qui abestis amici, valete omnes.

ORATIONES SEV CONCIONES EX eiusdem Xenophontis libris De Cyri minoris expeditione.

Ex libro primo.

ORATIO CLEARCHI.

ARGVMENTVM.

Comparabat bellum Cyrus iunior aduersus fratrem Artaxerxem, indignè ferens se paterni regni exortem, illum solum hæredem: præterea illius insidiis appetitus. Habebat autem sub signis inter auxiliorum duces Clearchum Lacedæmonium, hominem à re familiari miserrimè constitutum, sed illius beneficentia in exilio subleuatum, ideóque paratum ad mandata omnia strenuè & alacriter exequenda. Sed eum sequi recusabant sui: quin vrgenti vim attulerunt, vt de capite suo ille dubitaret. Verùm quum eorum impetus paulùm resedisset, ad eos hanc concionem habuit, qua conatur auersos animos lenire & recuperare. Dicit enim sese Cyri quidem causa plurimùm ipsius merito cupere, sed tamen non esse commissurum vt desertis suis ad eum se conferat.

Ἄνδρες ἆρα ἴωτε, μὴ θαυμάζετε ὅτι χαλεπῶς φέρω τοῖς παροῦσι πράγμασιν. ἐμοὶ γὰρ Κῦρος ξένος ἐγένετο, καὶ με φθόνητα ὑπὸ τῆς πατρίδος τἆλλα ἐτίμησε, καὶ μυρίοις ἔδωκε δαρεικοῖς· οὓς ἐγὼ λαβὼν, ἐπὶ

εἰς τὸ ἴδιον καπηθέμην ἐμοί, ἀλλ' οὐδὲ καθησυπάθησα, ἀλλ' εἰς ὑμᾶς ἐδαπάνων. καὶ πρῶτον μὲν πρὸς τοὺς Θρᾷκας ἐπολέμησα, καὶ ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἐπημωρούμην μετ' ὑμῶν, ὑπὲρ τῆς Χερρονήσου πάντας ἐξελαύνων, βουλομένους ἀφαιρεῖσθαι τοὺς οἰκοῦντας Ἕλληνας τὴν γῆν. ἐπειδὴ ὁ Κῦρος ἐκάλει, λαβὼν ὑμᾶς ἐπορευόμην ἵνα, εἴπερ δέοιτο, ὠφελοίην αὐτὸν αἰτῶν οὗ ἕνεκα ἦλθον ἐγὼ ἐκεῖνον. ἐπεὶ δὲ ὑμεῖς οὐ βούλεσθε συμπορεύεσθαι, ἀνάγκη δέ μοι ἢ ὑμᾶς προδόντα τῇ Κύρου φιλίᾳ χρῆσθαι, ἢ πρὸς ἐκεῖνον ψυσάμενον μετ' ὑμῶν εἶναι· εἰ μὲν δὴ δίκαια ποιήσω, ἴσασιν οἱ θεοί. αἱρήσομαι σὺν οἷς ὑμᾶς, καὶ σὺν ὑμῖν ὅ,τι ἂν δέῃ πείσομαι, καὶ οὔποτ' ἐρεῖ οὐδεὶς ὡς ἐγὼ Ἕλληνας ἀγαγὼν εἰς τοὺς βαρβάρους, πρόδοτις τοὺς Ἕλληνας, τὴν μὲν βαρβάρων φιλίαν εἱλόμην. ἀλλὰ ἐπεὶ ὑμεῖς ἐμοὶ οὐκ ἐθέλετε πείθεσθαι οὐδὲ ἕπεσθαι, ἐγὼ σὺν ὑμῖν ἕψομαι, καὶ ὅ,τι ἂν δέῃ πείσομαι. νομίζω γὰρ ὑμᾶς ἐμοὶ εἶναι πατρίδα καὶ φίλους καὶ συμμάχους, καὶ σὺν ὑμῖν μὲν ἂν εἶεν πάμπολυ, ὅπου ἐὰν ὦ ὑμῶν σὺν ἐρημωθείς, οὐκ ἂν ἱκανὸς εἶναι οἶμαι οὔτ' ἂν φίλον ὠφελῆσαι, οὔτ' ἂν ἐχθρὸν ἀλέξησασθαι. ὡς ἐμοῦ οὕτω ἰόντος ὅπου ἂν καὶ ὑμεῖς, οὕτω τὴν γνώμην ἔχετε.

EADEM LATINE,

Romulo Amazæo interprete.

NIhil est milites quòd miremini si animi angor propter præsentem rerum statũ. Cyrus mihi quidem hospes est, is mihi exulanti & alios honores habuit, & Daricorum x millia largitus est: quam ego pecuniam neque in commoda, neque in voluptates proprias effudi, sed eã vniuersam inter vos diuisi. Et primùm cum Thracibus bellum gessi, quos, vobiscũ vnà, suscepta Græciæ causa, armis sum persequutus: ac eos Græcis colonis agrum eripere conantes, è Chersoneso eiecimus. Vbi verò me Cyrus ad se euocauit, vobiscum ad eum veni, vt, quum qua in re opus esset, ille me adiutore vteretur, pro multis in me meritis gratiam ei referrẽ. Iam verò quũ refugere vos hoc iter animaduertam, ac mihi horum alterutrum necesse sit, vel vt vos prodam, Syri amicitia vtar: vel, vt eum spe sua frustrer, vobiscum abeã. etsi haud scio an iustum cui quam meum hoc factum videri possit, certum est tamen vos illi anteponere, & vobiscum quemcunque casum fors tulerit, æquo animo pati. Neque me quisquam iure criminabitur, quòd quum Græcos ad barbaros duxerim, Græcis planè proditis, barbarorum amicitiam sim sequutus: verùm quum vos neque audire me, neque sequi volueritis, ego vos sequar, ego vobiscum quicquid ceciderit feram. Vos ego mihi patriam, vos amicos, vos socios esse arbitror: vobiscum ego, vbicunque fuero, egregium me fore & honoratum confido: à vobis si deseror, ne esse quidem possim, nedum aut amicum iuuare, aut inimicum vlcisci. Quare eo animo vos esse velim, vt me, quocunque vos duxeritis, venturum putetis.

CLEARCHI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Solicitatus à Cyro Clearchus vt ad illum iret, abnuit palàm, licet cupiens: veruntamen non desperabat quominus militem in suam sentẽtiam pertraheret. Hoc ille vt perficeret, iussis conuenire suis, ostendit quò illis, Cyro deserto, res rediisset: deliberandum esse quid opus sit facto, nec diutius in ea cunctatione torpendum. Interim docet quid possit Cyrus siue amicus siue inimicus.

ἌΝδρες στρατῶται, τὰ μὲν δὴ Κύρου δηλονότι οὕτως ἔχει πρὸς ἡμᾶς, ὥσπερ τὰ ὑμέτερα πρὸς ἐκεῖνον· οὔτε γὰρ ἡμεῖς ἔπεσθε ἐκείνου στρατιῶται, ἐπεί γε οὐ σωφρονοῦμεν αὐτῷ· οὔτε ἐκεῖνος ἡμῖν ἔτι μισθοδότης. ὅτι μὲν τοι ἀδικεῖσθαι νομίζει ὑφ' ἡμῶν, οἶδα. ὥστε καὶ μεταπεμπόμενον αὐτὸν ἐθέλω ἐλθεῖν, τὸ μὲν μέγιστον, αἰσχυνόμενος, ὅτι σαφῶς ἐμαυτῷ πάντα ἐψευσμένος αὐτόν. ἔπειτα δὲ καὶ δεδιὼς μὴ λαβών με, δίκην δώσωθῇ ὧν νομίζει ἐμοῦ ἠδικῆσθαι. ἐμοὶ οὖν δοκεῖ οὐχ ὥρα εἶναι ἡμῖν καθεύδειν, οὐδὲ ἀμελεῖν ἡμῶν αὐτῶν, ἀλλὰ βουλεύεσθαι ὅ, τι χρὴ ποιεῖν ἐν τῷ παρόντι καιρῷ. ἐγὼ μὲν οὖν ἐκεῖνο γιγνώσκω, ὅτι ἐκ τῶν παρόντων ἡμῖν πραγμάτων, καὶ εἴτε μένομεν αὐτοῦ, σκεπτέον μοι δοκεῖ εἶναι ὅπως ἀσφαλέστατα μενοῦμεν· εἴτε δὴ δοκεῖ ἀπιέναι, ὅπως ἀσφαλέστατα ἀπιοῦμεν, καὶ ὅπως τὰ ὄντα σῴζωμεν. αὐτῷ γὰρ τούτων οὔτε χρήσιμον οὔτε ἰδιώτου ὄφελος οὐδέν. ὁ δὲ αὖ πολλοῦ ἂν ἄξιος φίλος, ὦ αὖ φίλος ἢ χαλεπώτατος πολέμιος ἔσται. ἔστι δὲ δυνάμιν ἔχειν καὶ πεζὴν καὶ ἱππικὴν καὶ ναυτικήν, ὥν πάντες ὁμοίως ὁρῶμέν τε καὶ ὁπισθόμεθα. καὶ γὰρ οὐδὲ πόρρω δοκοῦσί μοι αὐτοὶ καθεζεσθαι. ὥστε χρὴ λέγειν ὅ, τι τις γιγνώσκει ἄριστον εἶναι.

EADEM LATINE,

Romulo Amazæo interprete.

IAM milites, nihil plus hercule nos à Cyro, quàm illum à nobis expectare æquum est: neque enim nos illi milites, qui scilicet eum non sequimur, neque ipse nobis iam

stipendium pendet. Atque eum quidem planè scio se à nobis existimare iniuria affectũ esse: quare quum accersierit, nullo pacto ad eum mihi eundum putaui: pudet enim me (quod caput est) quòd mihi conscius sum, illum prorsus à me deceptum esse: deinde verò & illud timeo ne quum me comprehensum tenuerit, meam in se iniuriam *iusta* vindicet pœna. Vt res igitur se nunc habet, non patitur tempus vt somno nos demus, & ipsos nos vt negligamus: verùm pro re atque tempore consilium capiendum, quò aut si hîc manendum putamus, quam minimo cum periculo maneamus: aut si discedendũ, quam tutissimè abeamus, atque interea nobis vt commeatus suppeditent. Neque enim hi si desint, aut militis aut ducis opera quicquã proficere possit. Et Cyrus sanè, vt cui amicus est, omni officii genere cuiuis facilè præstat: ita est, cui inimicus extiterit, hostis acerbissimus. Habet præterea eas, cum terrestres peditum atque equitũ, tum maritimas copias, quas omnes æquè cernere ac nosse possumus: neque enim, vt mihi videtur, ita longè ab eo consedimus. Quare tempus monet vt quod quisque factu optimum ducat, id in medium afferat.

MILITIS CVIVSDAM ORATIO.

ARGVMENTVM.

Inibant consilium milites Clearchi ipsius oratione adducti, quid sibi expediret. Et quum de profectione incommodam & prorsus alienam ab illorum rationibus sententiam quidam dixisset, hic assurrexit ad illam improbandam, suam verò præstabiliorẽ & considerationem proponendam. Placere sibi dicit profectionem, sed eam periculo vacuam. Cæterùm, se tutam mansionem periculosæ profectioni præferre.

Ἔγωγε εἴη ἡγεμόνα αἰτεῖν τοῦδε τούτου ᾧ λυμαινόμεθα πρὸς ὀργήν. εἰ δέ τι καὶ τῷ ἡγεμόνι πιστεύσομεν ᾧ ἂν Κῦρος δῶ, τί κωλύει καὶ τὰ ἄκρα ἡμῖν κελεύειν Κῦρον φυλάττειν; ἐγὼ γὰρ οἰκοῖ μὲν ἂν εἰς τὰ πλοῖα ἐμβαίνειν ἃ ἡμῖν δοίη, μὴ ἡμᾶς αὐτοῖς ἐν πέρασι κατὰ δύση. φοβοίμην δ' ἂν τῷ ἡγεμόνι ᾧ ἂν δοίη ἕπεσθαι, μὴ ἡμᾶς ἀγαγὼν ὅθεν οὐκ οἶόν τε ἔσται ἐξελθεῖν. βουλοίμην δ' ἂν, ἄκοντος ἀπιὼν Κύρου, λαθὼν αὐτὸν ἀπελθεῖν. ὃ οὐ δυνατόν ἐστιν. ἀλλ' ἔγωγε φημὶ τοῦτο μὲν φυλακείας εἶναι· δοκεῖ δέ μοι ἄνδρας ἐλθόντας πρὸς Κῦρον οἵτινες ὅπῃ τύχοι, σὺν Κλεάρχῳ, ἐρωτᾶν ἐκεῖνον τί βούλεται ἡμῖν χρήσασθαι κἂν μὲν ᾖ ἡ πρᾶξις πρόσφορος καὶ πρότερον ἐχρήσατο τοῖς ξένοις, ἕπεσθαι καὶ ἡμᾶς, καὶ μὴ κακίους εἶναι πρὸς πρόσθεν τούτῳ συναναβαίνοντας. ἐὰν δὲ μείζων ἡ πρᾶξις τῆς πρόσθεν φαίνηται, καὶ ὀκνηροτέρους καὶ ὀκνηρὸν δωσοτέρους, ἀξιοῦν ἢ πείσαντα ἡμᾶς ἄγειν, ἢ πειθόμενον, πρὸς φιλίαν ἀφιέναι. οὕτω γὰρ καὶ ἑπόμενοι ἂν φίλοι αὐτῷ καὶ πρόθυμοι ἑποίμεθα, καὶ ἀπόντες, ἀσφαλὴς ἂν ἀπίοιμεν. ὃ, τι δ' ἂν πρὸς ταῦτα λέγῃ, ἀπαγγεῖλαι δεῦρο ἡμᾶς ἢ ἀκούσαντας, πρὸς ταῦτα βουλεύεσθαι.

EADEM LATINE,

Romulo Amasæo interprete.

QVid absurdius, quàm ab eo ducem petere cuius nos expeditionem, quantum in nobis est, irritam facimus? Sed fidem duci à Cyro dato habeamus: quis prohibeat quin iubeat Cyrus iuga mõtium occupari? Ego quidem & naues quas ille nobis dederit, non mediusfidius libẽter conscenderim, *quòd scilicet iure timeri possit* ne cum ipsis nos triremibus demergendos curet. Cur etiam non timeam quem mihi dederit ducem sequi? quasi nos ille eò compingere non possit vnde nulla sit exeundi potestas? Ego verò, inuito si Cyro abeundum sit, quam occultissimè discedendum putarim. Sed enim hæc mihi planè nugatoria esse videntur: quin potius cum Clearcho idoneos homines ad Cyrum mittimus, qui percontentur qua in re opera nostra vti velit. Quòd si intellexerimus à nobis illum nihil plusquam antea à cæteris conductitiis postulare, censeo sequamur, neque deteriores iis simus qui cum illo antè hoc iter ingressi sunt: sin res maior, maioríque periculi ac laboris quàm adhuc fuerit, videatur, aut ille nos se vt sequamur adducat, aut si nobis id persuadere non potuerit, in amicorum regionem nos abire sinat. Sic enim aut amici ac libentes sequemur, aut tuti discedemus. Ac quid ille quidem ad hæc responderit, legati renuntient: nos verò tunc ex ipsa re cõsilium capiemus.

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Suscepta est hæc à Cyro conciuncula ad confirmandos militum animos. nam illius exercitus bonam partẽ peregrino milite constabat: quod genus hominum illi studioſè retinẽdum erat. Appropinquabat autem hostibus, quorum ex perfugis cognouerat apparatum. Cohortatio igitur est à commendatione insitæ in illis virtutis, & à præmiorum pollicitatione.

Ὦ Ἄνδρες Ἕλληνες, οὐκ ἀνθρώπων ἀπορῶν βαρβάρων συμμαχίοις ὑμᾶς ἄγω, ἀλλὰ νομίζων ἀμείνονας καὶ κρείττους πολλῶν βαρβάρων ὑμᾶς εἶναι, διὰ τοῦτο μετεπεμψάμην. ὅπως οὖν ἔσεσθε ἄνδρες ἄξιοι τῆς ἐλευθερίας ἧς κέκτησθε, καὶ ὑφ' ἧς ὑμᾶς ἐγὼ εὐδαιμονίζω. δεῖ γὰρ ἴστε ὅτι ἡ ἐλευθερία ἐλοίμην ἂν ἐγὼ ὧν ἔχω πάντων, καὶ ἄλλων πολλαπλασίων. ὅπως δὲ εἰδῆτε εἰς οἷ' ἔρχεσθε ἀγῶνα, ἐγὼ ὑμᾶς διδάξω. τὸ μὲν πλῆθος, πολύ, καὶ πολλὴ κραυγὴ ὀπίσασιν· αὐ δὲ τοῦτο αὐάρκης ἐστί, τὰλλα καὶ ἀμείωτα ἡμῖν δοκῶ, οἵοις ἡμεῖς γιγνώσκετε τοὺς ὄντας ἐν τῇ χώρᾳ ὄντας ἀνθρώπους. ὑμεῖς δὲ ἀνδρῶν ὄντων, καὶ ἀτολμων γιγνομένων, ἐγὼ ὑμεῖς τὸν μὲν οἴκαδε βουλόμενον ἀπιέναι, τοῖς οἴκοι ζηλωτὸν ποιήσω ἀπελθεῖν, πολλοὺς δ' οἶμαι ποιήσειν τὰ παρ' ἐμοὶ αἱρήσεσθαι αὐτὶ τῆς οἴκοι.

EADEM LATINE,
Romulo Amasæo interprete.

EGO vos, Græci, non quòd mihi barbarorum auxilia deessent, huc adduxi: verùm idcirco vestra mihi opera vtendum existimaui quòd vos quemuis barbarorum numerum anteire putaui. Vobis igitur videndum est quo iure ea qua fruimini libertate, & cuius ego gratia vos beatos esse arbitror, digni etiam in posterum habeamini. Hoc enim vobis persuasum velim, me libertatem ipsam multo quàm quæ habeo omnia, acsi ea longè essent ampliora, pluris facere. Quò verò, quod certaminis genus vobis subeundum sit, intelligatis, ego vos id planissimè docebo. Multitudo quidem magna est, & magno cum clamore impressionẽ facit: ea si vos sustinueritis, pudet dicere quales sitis nostros cognituri. Equidẽ si viros vos fuisse & infracto animo perspexero, quum domum redire volueritis, ita dimittam vt multis fortuna vestra inuidenda sit: sed profectò efficiam vt vestrûm plurimi mecum, quàm in patria esse malint.

Ex libro secundo.

TISSAPHERNIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Græci auxiliares Cyri aduerso facto prælio, quo Cyrus ceciderat, tamen erant integri, & reuersionem in patriam parabant, quum illis ab Artaxerxe præstò fuit satrapes Tissaphernes, qui blandius cum illis egit, vt nulla vi pulsi ex Asia cederent. Is ostendit quantum apud regem gratia valeat, cuius quidem ad eos mandata affert: quæritque quibus iniuriis lacessiti, bello Artaxerxem sint persequuti. Hortatur vt modestè regi respondeant.

Ἐγὼ, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, μείτων οἰκῶ τὴν Ἑλλάδι· καὶ ἐπὶ ὑμᾶς εἶδον εἰς πολλὰ κακὰ καὶ ἀμήχανα πεπλωκότας, ὅρμημα ἐποιησάμην εἰπὼν δυναίμην τοῦδε βασιλέως αἰτήσασθαί δοῦναί μοι ἀποσῶσαι εἰς τὴν Ἑλλάδα ὑμᾶς. οἶμαι γὰρ οὐκ ἀχαρίστως μοι ἕξειν οὔτε πρὸς ὑμᾶς, οὔτε πρὸς τὴς Ἑλλάδος ἅπασης. τοῦτο δὲ γνοὺς ἠπόρουν βασιλέα, λέγων αὐτῷ ὅτι δικαίως ἂν μοι χαρίζοιτο, ὅτι αὐτῷ Κύρου τε ὑπεστρατεύοντα πρῶτος ἤγγειλα, καὶ βοήθειαν ἔχων ἅμα τῇ ἀγγελίᾳ ἀφικόμην, καὶ μόνος τῶν κατὰ τοὺς Ἕλληνας τεταγμένων οὐκ ἔφυγον, ἀλλὰ διήλασα καὶ συνέμιξα βασιλεῖ ὧν τῶν ὑμετέρων πρατοπέδων, ἔνθα βασιλεὺς ἀφίκετο ἐπὶ Κῦρον ἀπέκτεινε· καὶ τοὺς σὺν Κύρῳ βαρβάρους ἐδίωξα σὺν τοῖς δὲ τοῖς παροῦσι νῦν μετ' ἐμοῦ, οἵπερ αὐτῷ εἰσι πιστότατοι. καὶ τοῦδε μὲν τούτων ἔτυχόν μοι βουλόμενος· ἔρεσθαι δέ με ὑμᾶς ἐκέλευσεν ἐλθόντα τίνος ἕνεκα ἐστρατεύσατε ἐπ' αὐτόν. καὶ συμβουλεύω ὑμῖν μετεῖναι ἀποκρίνασθαι, ἵνα μοι δῶρα κατ' ἀμφότερα ᾖ, ἐάν τι δυνώμεθα ἀγαθὸν ὑμῖν παρ' αὐτοῦ διαπραξάσθαι.

EADEM LATINE,
Romulo Amasæo interprete.

EGO viri Græci, proximo Græciæ loco habito: quare quum vos in summas ac plurimas rerum difficultates incidisse viderem, præclarè me vestris rebus posse consulere putaui, si fortè à rege possem impetrare vt à me vos in Græciam incolumes reduci

reduci sineret. Pro quo quum & à vobis ipsis & ab vniuersa Græcia egregiã me gratiam initurum mihi persuaderem, à rege id pro iure meo petii: quum illi etiam dicerem me planè ita meritum esse vt libenter mihi in hoc genere gratificari deberet, quum & de Cyri motu primus eum certiorem fecerim: primus item, atque adeo cum ipso nuntio, copias ei in auxiliũ adduxerim: solus deinde ex omnibus qui contra Græcos in acie steterunt, non fugerim, sed per medios hostes euaserim: deinde cum ipso rege in vestris castris congressus, (quò scilicet rex post Cyri cædem penetrarat) barbaros eos qui Cyrũ sequuti fuerãt, vnà cum iis qui nunc mecũ sunt, regi fidelissimis hominibus in fugã verterim. Quæ quũ exposuissem, se deliberaturũ rex promisit. Verùm interea me ad vos venire iussit, ac quærere quámnam ob causam cõtra ipsum arma ceperitis. Hîc ego vobis vt lenius respondeatis suadeo, quò possim quæ cupio vestra causa facilius obtinere.

CLEARCHI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Breuiter respondet ad rogata Tissaphernis Clearchus: se beneuolentiæ & fidei causa Cyrum sequutos, eo mortuo belligerandi causam & consilium abiecisse. itaque tantùm laborare vt reditum in patriam inueniant. Neminem hostem habituros, nisi qui sibi obstare voluerit.

Ἡμεῖς οὔτε σωμήλθομεν ὡς βασιλεῖ πολεμήσοντες, ἔτ' ἐπορευόμεθα δῆτα βασιλέα· ἀλλὰ πολλὰς μὲν φάσεις Κῦρος ἔλεγεν, (ὡς καὶ σὺ δῦ οἶσθα,) ἵνα ὑμᾶς πεῖσαι πορεύεσθαι λάθοι, καὶ ἡμᾶς ἀνάγκαζοι. ἐπεὶ μέντοι, ἤδη ἐωρῶμεν αὐτὸν ἐν δεινῷ ὄντα, ἠσχύνθημεν καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους προδοῦναι αὐτὸν, ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ παρέχοντες ἡμᾶς αὐτοὺς δῦ ποιεῖν. ἐπεὶ δὲ Κῦρος τέθνηκεν, οὔτε αὐτοποιούμεθα βασιλεῖ τῆς ἀρχῆς, οὔτ' ἔστιν οὗ ἕνεκ' ἂν βουλοίμεθα τὴν βασιλέως χώραν κακῶς ποιεῖν, οὐδ' αὐτὸν ἀποκτεῖναι ἂν ἐθέλοιμεν, πορευοίμεθα δὲ ἂν οἴκαδε, εἴπερ ἡμᾶς μὴ λυπεῖν· ἀδικοῖμεν μέντοι πειρασόμεθα σὺν τοῖς θεοῖς ἀμύνεσθαι· ἐάν μέντοι τις ἡμᾶς καὶ δῦ πιῶν ἐπάρχῃ, καὶ τοῦτο εἴς γε δύναμιν οὐχ ἡσσησόμεθα δῦ ποιοῦντες.

EADEM LATINE,

Romulo Amazæo interprete.

NOS neque in vnum conuenimus vt bellũ regi inferremus, neque cõtra ipsum prudentes ac sciẽtes venimus: sed (vt ipse nosti) Cyrus omnibus artibus vsus est quò & vos imparatos opprimeret, & nos huc perduceret. Vbi quũ eum maximis rerum difficultatibus circumuentum videremus, fuit quod deorum nos & hominũ pudor adduxit, ne eũ in aduersis desereremus, cui in secũdis præstò semper fuissem⁹. Iã Cyro interfecto, neq; nobis de imperio cũ rege vllũ est certamẽ, neq; in eius fines hostiliter inuadimus, nec ipsum occidere velimus, liceat modò in patriam sine cuiusquam iniuria redire. Quòd si quis nos lacessierit, hunc, diis freti, vt vlciscamur operã dabimus. Sin fuerit de nobis quisquam bene meritus, nihil certè, ne victi beneficio videamur, referendæ gratiæ studio futurum nobis antiquius est.

CLEARCHI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Artaxerxes per Tissaphernem interposito iureiurando fidem publicam Græcis dederat, partiũ impunitatẽ, iter liberum, facultatem commeatuũ. Sed Ariæus quidã malè in eos affectus videbatur, vt adeo nequa subesset fraus metueretur. Itaque Græci maturrimè sibi proficiscẽdum arbitrabantur. Clearchus hac cõciuncula dissuadet: quæ in eo consilio insint pericula ostendit, iustiorem regis offensionem, inopiam rerum omnium, difficultatem itinerum, insidias quas vitare nequeant.

Ἐγὼ ἀνδυμοῦμαι μὲν καὶ ζῶντα πάντα· ἀνοῶ δὲ ὅτι εἰ νῦν ἄπιμεν, δόξομεν δῆτα πολεμῶ ἀπιέναι, καὶ πρόφασιν ἀπορίας ποιεῖν. ἔπειτα πρῶτον μὲν ἀγορὰν οὐδεὶς ἡμῖν παρέξει, οὐδ' ὁπόθεν δῶσι πουμεθα· αὖθις δὲ ὁ ἡγησόμενος οὐδεὶς ἔσται. καὶ ἅμα ζῶντα ποιούντων ἡμῶν, δυσὶ Λελαίοις ἀφεσηξει. ὥστε φίλος ἡμῖν οὐδεὶς λελείψῃ), ἀλλ' οἱ καὶ πρόσθεν ὄντες, πολέμιοι ἡμῖν ἔσονται. ποταμὸς δὲ εἰ μέν τις καὶ ἄλλος ἆρα ἡμῖν δῆτ διαβατέος, οὐκ οἶσθα· τὸν δ' οὖν Εὐφρά τ' ην ἴσμεν ὅτι ἀδύνατον διαβῆναι κατὰ λυόντων πολεμίων. οὐ μέντοι δή, αὖ μάχεσθαι δέῃ, ἱππεῖς εἰσιν ἡμῖν σύμμαχοι· τῶν δὲ πολεμίων ἱππεῖς εἰσιν οἱ πλεῖστοι καὶ πλείστου ἄξιοι. ὥστε νικῶντες μὲν, τίνα αὖ ἀποκτείναιμεν; ἡττώμενοι δὲ μὴ οὐδένα οἷόν τε σωθῆναι. ἐγὼ μὲν οὖν βασιλέα, ᾧ πολλὰ οὕτως ἔξεστι τὰ σύμμαχα, εἴπερ φοβηθείημεν ἡμᾶς ἀποπλέσαι, οὐκ οἶδα ὅ,τι δεῖ αὐτὸν ὀμόσαι καὶ δεξιὰν δοῦναι, καὶ θεοὺς ἐπορκῶσαι, καὶ τὰ ἑαυτοῦ πιστὰ ἅπαντα ποιῆσαι Ἕλλησι καὶ βαρβάροις.

EADEM LATINE,
Romulo Amasæo interprete.

EAdem mihi suspicari in mentem venire solet: sed illud iam cogito, si nunc discedimus, ne rebellasse contra fœdus videamur. Deinde verò commeatus nobis dabit nemo, neque erit quò frumẽtatum eamus: ducem præterea itineris neminem habebimus. Ad hæc Ariæus, si hæc fecerimus, à nobis planè deficiet: atque ita non modò nullum nobis amicum reliquum fecerimus, sed qui antè amici, hi hostes fient. Fluuius quidem num quis traiiciendus nobis sit alius, nescio: Euphratem certè, facilè intelligere possumus, si obsistant hostes, nullo pacto transmitti posse. Quòd si pugnandum fuerit, ecquis nobis est equitatus? at is hostibus plurimus & lectissimus. quo fiet vt si vicerimus, illos tamen assequi nequeamus: sin victi fuerimus, nostrûm euadat nemo. Ego sanè regis consilium miror, si, quum tam multis modis pro suis opibus ac facultatibus nos facillimè perdere possit, nobiscum fœdus feriat, fidem det, deos periurio lædat, fideique suæ autoritatem apud Græcos & barbaros comminuat.

CLEARCHI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Artaxerxes, vti antea memorauimus, Græcis victis & viæ ducẽ Græciam repetentibus, & viatici præbitorem attribuerat: vt iam cum Græcis bene agi videretur. Verùm quum ex pacto iter pacatum, vt videbatur, facerent, incidit Græcis quædam de insidiis suspicio, quæ latè peruagata ad omnes peruenit. Itaque Clearchus vnus ex ducibus, Tissaphernem illum ab Artaxerxe delegatũ vt ei Græcorum discessui præesset, adit, cúmque eo hæc loquitur. Ostendit dolere se quòd non vltrò citróque inter eos fides & pax valeret, quódq; cautio vtrinque adhiberetur, quasi hostilia omnia intercederent. Causam quã habuerit illius conueniendi aperit: serpere enim suspiciones & ex iis rumores, vt neutri aliis fidant, cũ neutris causa sit metuẽdi, quod ipse ostendit: vtrisque ob interpositã iurisiurãdi religionẽ: Persis, quia sine Persarũ ope & liberalitate reditus in patriã Græcis sit intercluſus: Græcis verò, quia siqua vis illis à Persis fuisset metuenda, nõ tum demũ fuisse: deinde, quia Persis præsidio aduersus cõmunes hostes Græci esse possint.

Ἐγὼ, ὦ Τισσαφέρνη, οἶδα μὲν ἡμῖν ὅρκους γεγυμνημένους καὶ δεξιὰς δεδομένας μὴ ἀδικήσειν ἀλλήλους· φυλαττόμενον δέ σε ὁρῶ ὡς πολεμίους ἡμᾶς. καὶ ἡμεῖς ὁρῶντες ταῦτα, αὖ πφυλαττόμεθα. ἐπὶ δὲ σκοπῶν οὐδὲν δύναμαι οὔτε σε αἰσθέσθαι πειρώμενον ἡμᾶς κακοποιεῖν, ἐγώ τε σαφῶς οἶδα ὅτι ἡμεῖς γε οὐδὲ ὁπωστιοῦν οὐδὲν τοιοῦτον, ἔδοξέ μοι εἰς λόγους σοι ἐλθεῖν, ὅπως, εἰ δυναίμεθα, ἐξέλοιμεν ἀλλήλων τὴν ἀπιστίαν. καὶ γὰρ οἶδα ἤδη ἀνθρώπους, τοὺς μὲν ὀλιγωρίας, τοὺς δὲ ἐξ ὑποψίας, οἱ φοβηθέντες ἀλλήλους, φθάσαι βουλόμενοι πρὶν παθεῖν, ἐπέπησαν αἰτίαις κακὰ τοὺς οὔτε μελλοντας οὔτε βουλομένους τοιοῦτον οὐδέν. τὰς οὖν τοιαύτας ἀγνωμοσύνας νομίζων σωφρονοῦσιν μάλιστα αὐτὰ παύεσθαι, ἦκον, καὶ διδάσκειν σε βουλόμενος ὡς σὺ ἡμῶν ὀρθῶς ἀπιστεῖς. ἔστι γὰρ καὶ μέγιστον, οἱ θεῶν ὅρκοι ἡμᾶς κωλύουσι πολεμίους εἶναι ἀλλήλοις· ὅστις δὲ τούτων σωφρονεῖν αὐτῷ παρημεληκὼς, τοῦτον ἐγὼ οὔποτ' ἂν δυσαιμονίσαιμι. τὸν γὰρ θεῶν πόλεμον ὃν οἶδα οὔτ' ἀπὸ ποίου ἂν τόχοις φύγοι τις ἀποφυγοι, οὔτ' εἰς ποῖον ἂν σκότος ἀποδραίη, οὔδ' ὅπως ἂν εἰς ἐχυρὸν χωρίον ἀποσταίη· πάντη γὰρ πάντα τοῖς θεοῖς ὑπόκα, καὶ πανταχῆ πάντων ἴσον οἱ θεοὶ κρατοῦσι. ἔστι μὲν δὴ τήν θεῶν τε καὶ τῶν ὅρκων οὕτω γιγνώσκω, παρ' οἷς ἡμεῖς τὴν φιλίαν σωθεῖσθαι κατεθέμεθα. τὴν δὲ ἀνθρωπίνων σε ἔγωγε οὐ τὴν παρόντα νομίζω μέγιστον ἡμῖν εἶναι ἀγαθόν. σοὶ μὲν γὰρ σοὶ πᾶσα ἡμῖν ὁδὸς οὐ πορος, πᾶς γὰρ ποταμὸς διάβατος, τὴν δὲ ἀληθινὴν ἐν ἀπορίᾳ· αὖθι δὲ σοὶ πᾶσα μὲν ἡ ὁδὸς διάβ. σκότος, (οὐδὲν γὰρ αὐτῆς ὄφελος μεθα) πᾶσι δὲ ποταμὸς δύσπορος, πᾶσι δ' ὄχλος φοβερός· φοβερώτατον δὲ ἐρημία· μεστὴ γὰρ πολλῆς ἀπορίας ἐστίν. εἰ δὲ μενόντες σε κατακτείναιμεν, ἄλλο τί ἂν ἢ τὸν ἀνεμπόδιστον κατακτείναντες θεὸς βασιλέα τὸν μέγιστον ἔφεδρον ἀγωνιζόμεθα; ὅσων δὲ δὴ καὶ οἵων ἐλπίδων ἐμαυτὸν ἂν στερήσαιμι εἰ σε κακὸν ὄντα χειρήσαιμι ποιεῖν, ταῦτα λέξω. ἐγὼ γὰρ Κῦρον ἐπεθύμησα μοι φίλον γενέσθαι, νομίζων τοῦτο ἱκανώτατον εἶναι δυ ποιεῖν ὃν ἂν βούλοιτο· σὲ δὲ νῦν ὁρῶ τὸν τε Κύρου δυνάμιν καὶ χώραν ἔχοντα, καὶ τὴν σαυτοῦ ἀρχὴν σῴζοντα, τὴν δὲ βασιλέως δύναμιν, ᾗ Κῦρος πολεμίᾳ ἐχρῆτο, σοὶ ταύτην σύμμαχον οὖσαν. τούτων δὲ τοιούτων ὄντων, τίς οὕτω μαίνεται ὅστις οὐ σοὶ βούλεται φίλος εἶναι; ἀλλὰ μὴν, ἐρῶ γὰρ καὶ ταῦτα οἷς ἔγωγε ἐλπίδας καὶ σὲ βουλήσεσθαι φίλον ἡμῖν εἶναι· οἶδα μὲν γὰρ ὑμᾶς Μυσοὺς λυπηροὺς ὄντας, οὓς ἐλπίζω αὖ σὺν τῇ παρούσῃ δυνάμει ἐπεινους ὑμῖν ποιήσειν· οἶδα δὲ καὶ Πεισίδας ἀκούω δὲ καὶ ἄλλα ἔθνη πολλὰ τοιαῦτα εἶναι), ἃ εἰ μὴ αὖ παύσομεν ἀνοχλοῦντα ἀεὶ τὴν ὑμετέραν δυσαιμονίαν. Αἰγυπτίους δὲ, οἷς μάλιστα ὑμᾶς νῦν γιγνώσκω πεθυμημένους, οὐχ ὁμοίως τοῖς δυνάμει σύμμαχον ἂν κολάσεσθε τῆς νῦν σὺν ἐμοὶ οὔσης. ἀλλὰ μὴν ἔν γε τοῖς πλείστοις οἰκοδομοῦσι εἰ μὴ βούλοιτο τῷ φίλος εἶναι, ὡς μέγιστος ἂν εἴης· εἰ δέ πῃ σε λυποίη, ὡς δεσπότης αὐτὰς ἐφοιο, ἔχων ἡμᾶς ὑπηρέτας, οἳ σοὶ οὐκ ἂν τῇ μισθοῦ ἕνεκα μόνον ὑπηρετοῖμεν, ἀλλὰ καὶ τῆς χάριτος, ἵν' σωθέντες ὑπὸ σοῦ σοὶ αὖ ἔχοιμεν δικαίως. ἐμοὶ μὲν ταῦτα πάντα ἐνθυμουμένῳ οὕτω δοκεῖ θαυμαστὸν εἶναι τό σε ἡμῖν ἀπιστεῖν, ὥστε καὶ ἥδιστ' ἂν ἀκούσαιμι τοὔνομα, τίς ὄστιν οὕτω δεινὸς λέγειν ὥστε πεῖσαι λέγων ὡς ἡμεῖς σοι ὁπλιζόμεθα.

EADEM LATINE,
Romulo Amasæo interprete.

NOui equidem, Tissaphernes, fœdus inter nos ictum, datásque dexteras neu-

tram partem alteram læsuram:& tamen(vt video)vobis æquè à nobis atq; ab hostibus cauetis.Id enimuero quum nos animaduertamus,vestrum exemplum sequimur.Sed enim quum diligentius attendo,neque vestrûm quenquam esse comperio qui nobis periculum vllum intentet:neque(quod ego planè affirmare possum) quisquam dē nostris est qui in vos quicquam hostile cogitet. Eam ob rem te mihi conueniendum putaui,vt has(si fieri posset)vtrinque suspiciones exemptas ex animis curaremus. Noui enim ex huiusmodi plerunque suspicionibus & criminationibus effici solere,vt dum homines ne patiantur quid grauius metuunt,longè atrocissimas iniurias iis plerunque facere occupent qui nihil ipsi vnquam tale quicquam commissuri fuerant. Veni igitur ad te,quòd nulla re magis quàm familiari congressu,huiusmodi errores tolli posse existimaui,ac tibi quidem facilè,opinor,ostendam,nihil esse quam ob rem fidem nobis nō habeas. Primùm enim omnium ipsa nos omnino iurisiurādi religio continere debet, ne nobis vicissim infensi simus:atque eum quidem,qui se violatæ religionis conscientia obligarit, neutiquam ego inter beatos numerarim . Deorum enim immortalium bellum neque qua quis celeritate,nec in quas effugiat latebras,video : nec postremò in quod se propugnaculum recipiat,quò neglecti numinis ira non peruadat, quum sint omnia diis obnoxia,neque sit quicquam vspiam quod in dierum potestate non sit. Ac de diis,fide,ac iureiurando,quo nobis fœdus sancitum est,ita statuo.Quod verò ad homines attinet,te ego nobis in præsentia maximi boni autorē puto . Per te enim omnis nobis est aditu facilis via,per te quemuis amnem traiicimus,per te nobis commeatuū copia in promptu est:sine te omnis nobis quasi in tenebris ignota est via , quòd scilicet omnium locorum prorsus ignari sumus : sine te nullus est quem transmittere possimus . mnis,sine te formidolosa quæuis turba , multò formidolosior solitudo , quum nulla nobis itineris satis expedita ratio iniri possit.Quòd si te furore atque amentia impulsi occidamus,quid aliud, obsecro, nisi homine bene de nobis merito interempto, maximi regis ad vltionem iure incitati sit nobis bellum sustinendum ? Iam verò quas mihiipsi spes irritas redditurus sim , si quam tibi iniuriam facere conatus fuero , nunc explicabo.Ego Cyri antè amicitiam expetiui,quòd vnum omnium suæ ætatis ad bene merendum de quibus vellet,maximè idoneum existimaui. Nunc ad pristinam potentiam tuam illius opes atque imperium adiectum esse video,ac regis copias quæ Cyro infensæ erant,tibi præsidio esse. Hæc quum ita si nt, quis tantopere insaniat quin te sibi amicum expetat?Verùm & qua adducar spe te mihi amicum fore, aperire non dubitabo.Satis constat Mysos infestos vobis esse,quos hisce quæ me sequuntur copiis, nihil diffido vestræ potestati posse subiici.Quin & Pisidas,& alias gentes,quæ(vt audio) vestræ felicitati negotium facessunt,facilè à vobis existimo, suppetias nobis ferentibus, coerceri posse.Quid?AEgyptios(quibus nunc maximè vos iratos scio) quibúsnam aliis auxiliis freti facilius vlciscemini ? Prætereo quòd & finitimis bene merētibus prodesse, & in eos qui te lacessierint,pro iure tuo,nobis adiuuantibus, tanto facilius animaduertere poteris. Ac nos quidem non hercule magis stipendii causa tuis temporibus inseruiamus,quàm quòd pro tuis in nos meritis gratiam tibi (vti æquum est) libentissimè referemus. Mihi profectò hæc attentius consideranti , permirum videri solet te nobis fidem non habere:atque illum mediusfidius quísnam sit , libenter velim cognoscere, qui tantum in dicendo valere possit vt cuiquā persuadeat nos tibi insidias comparare.

TISSAPHERNIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Respondet Clearcho Tissaphernes,& omnem metum insidiarum Græcis conatur adimere:quòd si ipsi in animo habuissent Græcos opprimere,non fuerint consilium in id temporis dilaturi.Nouandarum verò rerum omnem esse Græcis ereptam facultatem docet : teneri præterea se iureiurando,in quo maxima sit vis ad hominum cōuenta firmanda.Postremò obscurè Græcum aliquem ducem quasi perstringit , quò cæteros ad colloquium eliciat, vt exitu comprobatum est.

Ἀλλ' ἥδομαι μέν, ὦ Κλέαρχε, ἀκούων σου φρονίμους λόγους ταῦτα δὲ γιγνώσκων , εἴ τι ἐμοὶ κακὸν βουλόμενος , ἅμα ἂν μοι δοκῇς καὶ σεαυτῷ κακόνους εἶναι. ὡς δ' ἂν μάθῃς ὅτι οὐδ' ἂν ὑμῖν δικαίως οὔτε βασιλεῖ

οὔτ' ἐμοὶ ἀποφαίητε, αὐτὰ κρυσον. εἰ γὰρ ὑμᾶς ἐβουλόμεθα ἀπολέσαι, ποτε ἐφ' οἷσι δοκοῦμεν ἂν ἐπὶ πλείοις ἀπορεῖν, ἢ πεζῶν, ἢ ὁπλίσεως, ἐν ᾗ ὑμᾶς μὴ βλάπτειν ἱκανοὶ αὖ ἦμεν, αὐ πάσχειν δὲ οὐδεὶς κίνδυνος; ἀλλὰ χωρίων ὅπη πλείων ὑμῖν ὀλιγοστὸν ἂν ἀπορεῖν ἄν σοι δοκοῦμεν; οὐ τοσαῦτα μὲν πεδία ἡμῖν φίλια ὄντα σοὶ πολλῷ που ἐλάττω ἐστὶ πορεύεσθαι. τοσαῦτα δὲ ὄρη ὑμῖν ὁρᾶται ὄντα πορευτέα, ἃ ἡμῖν ἔξεστι ποιεῖσθαι παλαιοῦσιν ἃ χρὴ ὑμῖν παρέχειν; τοσοῦτοι δὲ εἰσὶ ποταμοί, ἐξ ὧν ἔξεστιν ἡμῖν διαβαίνεσθαι ὁπόσοις αὖ ὑμῖν βουλοίμεθα μάχεσθαι; εἰσὶ δὲ αὐτῶν οἷς οὐδὲ αὖ πάντα πάσι διαβαίητε εἰ μὴ ἡμεῖς ὑμᾶς διαπορθμοίμεν. εἰ δὲ ἐν πᾶσι τούτοις ἡττώμεθα, ἀλλὰ τό γε πῦρ τῆ καρποῦ κρεῖττόν ἐστιν, ὃν ἡμεῖς δρεπάμεθ' ἂν κατακαύσαντες, λιμὸν ὑμῖν αὐτὰ ξαι. ὦ ὑμεῖς, οὐδὲ εἰ πάνυ ἀγαθοὶ εἶτε, μάχεσθαι ἂν δυνήσεσθε. πῶς οἰῶ ἂν ἔχοντες τοσούτοις πόροις ἐθέλειν ὑμῖν πολεμεῖν, καὶ τούτων μηδένα ἡμῖν ὁπλίζειν, ἐπειτα ἐκ τούτων πάντων τοῦτον ἂν τὸν τρόπον ἀπολοίμεθα, ὃς μόνος μὲν θεῶν ἀσεβὴς, μόνος δὲ θεῶν ἀνθρώπων αἰσχρὸς, παντὶ παντὶ δὲ ἀπόρων ὅτι καὶ ἀμηχάνων καὶ ἀνάλκη ἐχομένων, καὶ τούτων πονηρῶν; οἵπερ ἐθέλοιεν δ' ἂν ἀπορίας τε θεοῖς καὶ ἀπιστίας πρὸς ἀνθρώπους ἀφαιρεῖν π. οὐχ οὕτως ἡμεῖς, ὦ Κλέαρχε, οὔτε ἠλίθιοι οὔτε ἀλόγιστοί ἐσμεν. ἀλλὰ τί δεῖ, ὑμᾶς ἐᾶν ἀπολέσαι; οὐκ ὀλίγα τούτῳ ἠλθομεν· ἀλλ' ἵνα ὅπως ὁ ἐμὸς ἔρως τοῦ σοῦ ἄπιος τοῖς Ἕλλησιν ἐμὲ πιστὸν φρενέσῃ, καὶ ὦ Κῦρος αὐτὸν ξενικῷ ὁμοδοσίαν πιστεύων, τούτῳ ἐμὲ καταλλάξαι διὰ ἀνεργασίαν ἰχυρόν. ὅσα δέ μοι ὑμεῖς χρήσιμοι ἐστε, τὰ μὲν καὶ σὺ εἶπες, τὸ δὲ μέγιστον ἐγὼ οἶδα. πῶ μὲν γὰρ ὅτι τῇ κεφαλῇ παρὰ βασιλεῖ μόνῳ ἔξεστιν ὀρθὴν ἔχειν, πῶ δ' ὅτι τῇ καρδίᾳ, ἴσως ἂν ὑμῶν παρόντων ἕτερος ἄπεστῶς ἔχοι.

EADEM LATINE,

Romulo Amasæo interprete.

ENimuero, Clearche, plurimùm delectatus sum prudenti oratione tua, ac facilè adducor, te, siquid in me moliaris, tibiipsi malè consulturum. Sed quò ipse etiam intelligas, non iure vos aut à rege aut à me posse deficere, me viciſſim audi. Si vos perdere vellemus, deesſétne, obsecro te, nobis aut equitū multitudo, aut leuis grauísve armaturæ peditum copiæ, quibus vos minimo negotio ac sine vllo nostro periculo afligeremus? At enim iniquiora fortasse nobis loca esse videantur vnde vos adoriamur. Atqui longum nobis iter cum per campos nobis pacatos, tum per difficillimos montes faciendum est: quos quum arbitratu nostro occupare possimus, annon facilè vos intercludamus? Quot verò flumina sunt, ad quæ vestram traiectionem obseruantes, cū qua nobis expediat copiarum vestrarum parte pugnare possimus? Adde quòd sunt ex illis non pauca, quæ, nisi vobis duces simus, traiicere nullo pacto possitis. Sed fac his rebus omnibus inferiores simus, ignis certè frumento ac pabulo superior est, quo quum omnia exussissemus, famem vobis quasi in acie opponeremus, cui vos, ne si longè quidem omnibus fortitudine præstetis, repugnare possetis. Est verò consentaneum, quū tam multis vos modis ac sine periculo nostro oppugnare atque euertere possimus, vnum illum deligere maluisse qui & deorum maiestatē læderet, & apud homines summa turpitudinis infamia carere non posset: Est omnino non improborum modò, sed eorum etiam qui & aduersis rebus premantur, & maximis difficultatibus ac necessitate summa circumuenti sint, id committere in quo & iusiurādum deorum immortalium & hominum fidem violent. Non adeo vecordes aut stulti sumus, Clearche: quid enim opus est, quum tam multis vos modis opprimere possimus? Non propterea huc venimus, vnum mihi credito, bene merendi studium me ad hanc cum Græcis societatem adduxit: abundè verò præclarum mihi fore putaui, siquo exercitu mercede sibi conciliato Cyrus in superiorem Asiam ascendisset, cum eodem ego meo beneficio fretus in inferiorem descenderem. Cui verò mihi vsui esse possitis, & ipse paulo antè exposuisti: & ego, quod caput est, per me noui, vni scilicet regi rectam tiaram capite gestare licere, aliis corde fortasse facilè liciturum, vobis in officio permanentibus.

Ex libro tertio.

XENOPHONTIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Erat in Græcorum castris hic ipse Xenophon, non ille quidem sacramento militiæ dicto, sed tamen qui eo consilio ad Cyrum iuisset, & quem fraus eadem Tissaphernis quæ cæteros Græcos conturbauerat, perculisset. Fuerant enim à Tissapherne Græcorū duces ad colloquiū eliciti, & ex insidiis crudeliter vincti, ad regē tracti, pòst ab eo trucidati. Fuerat etiam facta cædes comitum illorum. Itaque quum summa consternatio Græcos inuasisset, nec iam in cōmune quisquam prouideret, causam & saluter[illegible]iū

UNED

susceptit Xenophon per quietē, vt interpretabatur, admonitus: suasitque hac oratione, quam apud cēturiones Proxeni ducis habuit, vt ad arma iretur, & quod fide ab hostibus non essent consequuti, armis tentarent, securitatem, commeatus copiam, reditum in patriam. His nititur consilii sui firmamentis: solam esse spem in fortitudine: felicius secum ita agi, quàm quum ex Persarum fide pendebant: nec causa, nec animis, nec robore & firmitate corporum pares esse Persas. Ad extremum, se nullam aut parendi aut regendi conditionem recusaturum pollicetur.

Ἐγὼ, ὦ ἄνδρες λοχαγοὶ, οὔτε καθεύδειν δύναμαι, (ὡς ὁρᾶτε, οἶμαι, οὐδ' ὑμεῖς) οὔτε καταπεπῆχθαι ἐπὶ τοῖς ὁρωμένοις ἐν οἷς ἐσμέν. οἱ μὲν γὰρ δὴ πολέμιοι δηλονότι πολὺ πρότερον ἡμᾶς τὸν πόλεμον ἐξέφηναν πρὶν ἐνόμισαν τὰ ἑαυτῶν καλῶς παρεσκευάσθαι· ἡμῶν δ' οὐδεὶς οὐδὲ αἰτιᾶται μέν, ὅπως ὡς κάλλιστα ἀγῶνιούμεθα. ἢ μὴν εἰ ὑφησόμεθα ἢ ὅτι βασιλεῖ χρησόμεθα, τί οἰόμεθα πείσεσθαι; ὃς καὶ τὸ ὁμομητρίου καὶ ὁμοπατρίου ἀδελφοῦ, καὶ τεθνηκότος ἤδη, ἀποτμῆσαι τὴν κεφαλὴν καὶ τὴν χεῖρα ἀνεσταύρωσεν. ἡμᾶς δέ, οἷς κηδεμὼν μὲν οὐδεὶς πάρεστιν, ἐρασπύσαιμεν δ' ἐπ' αὐτὸν, ὡς δοῦλον αὑτοῦ βασιλέως πεπηκότες, καὶ ἀποκτενοῦντες εἰ δυναίμεθα, τί ἂν οἰόμεθα παθεῖν; ἆρ' οὐχ ὅτι πᾶν ἔλθοι ὡς ἡμᾶς τὰ αἴσχιστα αἰκισάμενος, πᾶσιν ἀνθρώποις φόβον παράσχῃ τὸ στρατεῦσαι ποτὲ ἐφ' ἑαυτόν; ἀλλ' ὅπως τοι μὴ ἐπ' ἐκείνῳ γε γνησόμεθα πάντα πεπιπτόν. ἐγὼ μὲν οὖν, ἔστ' ἂν μὲν αἱ σπονδαὶ ἦσαν, οὔ ποτε ἐπαυόμην ἡμᾶς μὲν οἰκτείρων, βασιλέα δὲ καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ μακαρίζων. ὅσα θεώμενος αὐτῶν ὅσων μὲν χώραν εἶχον καὶ οἵαν ἔσχον, ὡς δὲ ἄφθονα τὰ ὁπωσοῦν δεῖα, ὅσους δὲ θεραπόντας, ὅσα δὲ κτήνη, χρυσόν τε, ἐσθῆτα τε· τὰ δ' αὖ τῶν στρατιωτῶν ὁπόσα ἐνθυμοίμην, ὅτι τῶν μὲν ἀγαθῶν πάντων οὐδενὸς ἡμῖν μετεῖη, εἰ μὴ πριαίμεθα, ὅπου δὲ ὠνησόμεθα, ἤδειν ὅτι ὀλίγοις ἔχοντας, ἄλλως δέ πως πωλίζεσθαι τὰ ὁπωσοῦν δεῖα ἢ ὠνουμένους, ὅρκους ἤδη κατέχοντας ἡμᾶς, τῶν οὐδὲν λογιζόμενος ἐνίοτε, τοὺς σπονδὰς μᾶλλον ἐφοβούμην ἢ νῦν τὸν πόλεμον. ἐπεὶ μέντοι ἐκεῖνοι ἔλυσαν τὰς σπονδὰς, λελύσθαι μοι δοκεῖ καὶ ἡ ἐκείνων εὐσέβεια καὶ ἡ ἡμετέρα ὑποψία. ἐν μέσῳ γὰρ ἤδη κεῖται τοῖς τε ἀγαθοῖς, ἆθλα ὁπότεροι αὖ ἡμῶν ἄνδρες ἀμείνονες ὦσιν. ἀγῶνοθέται δ' οἱ θεοί εἰσιν, οἳ σῶσαι ἡμῖν, ὡς τὸ εἰκός, ἐσπόρταμ. οὗτοι μὲν γὰρ αὐτοῖς ὁπλοφορήκασιν. ἡμεῖς δὲ, πολλὰ ὁρῶντες ἀγαθὰ, σπονδῶν αὖ τὴν ἀπειχόμεθα, ἅτε πρὸς θεῶν ὅρκους. ὥστε ἐξεῖναί μοι δοκεῖ ἰέναι ὅπῃ τὴν ἀγορὰν ἔχουσι πολὺ σὺν φρονήματι μείζονι ἢ τούτοις. ἔτι δὲ ἔχομεν σώματα ἱκανώτερα τούτων καὶ ψυχὴ καὶ θάλπη καὶ πόνους φέρειν· ἔχομέν τε καὶ ψυχὰς σὺν τοῖς θεοῖς ἀμείνονας. οἱ δὲ ἄνδρες καὶ τρωτοὶ καὶ θνητοὶ μᾶλλον ἡμῶν, ὧν οἱ θεοὶ ὥσπερ τοσῷδε νίκην ἡμῖν δεδώκασιν. ἀλλ' ἴσως γὰρ καὶ ἄλλοι τοῦτ' ἐνθυμοῦνται. πρὸς μὲν θεῶν, μὴ ἀναμένωμεν ἄλλους ἐφ' ἡμᾶς ἐλθεῖν, ἵνα καλοῦντας ὅτι τὰ κάλλιστα ἔργα, ἀλλ' ἡμεῖς ἀρξώμεθα τῆς ὁρμῆσαι καὶ τοὺς ἄλλους ὅτι τάχιστα φαίνητε τὴν λοχαγῶν ἀρίστου, καὶ τὴν στρατηγῶν ἀξιωστρατηγότεροι. κἀγὼ μὲν, εἰ μὴ ὑμεῖς ἐθέλετε ἐξορμᾶν ὅπῃ τοῦτο, ἐπεσθαι ὑμῖν βούλομαι· εἰ δὲ ὑμεῖς παρήσετέ με ἡγεῖσθαι, οὐδὲν ὑποφασίζομαι τὴν ἡλικίαν, ἀλλὰ καὶ ἀκμάζειν ἡγοῦμαι ἐρύκειν ἀπ' ἐμαυτοῦ τὰ κακά.

EADEM LATINE
Romulo Amasæo interprete.

EGO cēturiones, non modò non dormire (quod mihi vobiscū commune esse arbitror) sed ne quiescere quidem possum, dum quo loco res nostræ sint considero. Hostes non antè apertè nobis arma intulerunt quàm sibi ex sententia parata omnia & constituta esse putarunt: nostrūm verò nemo est qui rationem ineat quónam modo cum illis quamæquissima conditione certemus. Atqui si fracti animo atque abiecti in regis potestatem venerimus, quàm nobis æquum illum futurum putamus, qui germani fratris mortui abscissum caput & dexteram palo suffixerit? Iam quid nos pati par sit quorum nemo causam suscipit, quíque vi & armis regem seruum facturi, ac cum fortunis omnibus vita etiam ipsa euersuri venerimus? Annon eo contra nos animo illum venturum putatis, vt quum indignissimis nos modis cruciarit, exemplum cæteris edat quid eos expectare oporteat qui contra ipsum arma capiāt? At nobis quiduis faciendum ne in illius potestatē veniamus. Equidem quantisper fœdus nobis cum barbaris integrum & inuiolatum fuit, cum rege bene ac præclarè agi putabam, quum tam multas eum regiones, tam immensam commeatuum copiam, tam ingentem seruorum multitudinem, tot pecorum greges, tantam auri vestísque vim in potestate sua habere viderem: contrà verò nostram hanc cōditionem magnopere miserabar, quòd ex tam multis bonis nihil cuiquā, nisi quod pretio mercatus esset, possidere liceret, quū & ipsum pretium quampauciſſimis suppeditaret: alio verò quouis modo, quæ opus essent nobis quærere, fœderis religione prohiberemur. Quæ quum in mentem venirent, fœderis ipsius conditiones omni bello nobis multo grauiores esse statuebam. Nunc verò quum fœdus illi irritum fecerint, non mehercule, quum illorum insolentia solutissima sit, quominus nos rationibus nostris vt ex vsu commodóque nostro sit consulamus, vlla verecundia aut religione astricti esse debemus. Iam in medio, *quæ paulo antè commemoraui* bona, *quasi quædam* præmia posita sunt: ea sibi vtri nostrūm virtute præstiterint vendicabunt. Certaminis authores & præsides dii,

qui, vti consentaneum est, à nobis erunt, quum illi fidē eorum fefellerint: nos, nequid contra iusiurādum faceremus, maximis plurimísque commodis, quorum compotes esse poteramus, constantissimè abstinuerimus. Quare (vt mea fert opinio) in hoc certamen nobis multo quàm illis fidentius licet descendere. Sunt præterea nobis & frigoris, & æstus & laborum omnium corpora multo tolerantiora: & animi etiam robore (dii modò propitii sint) illos anteibimus. Neque illi cæde ac vulneribus non facilius quàm nos confici possūt: quod & antè experti sumus, & in posterum experiemur, si deorum ope, vti paulo antè, victoriam adepti fuerimus. Verùm hæc eadem fortasse & aliis in mentem venient. Sed, per deos, ne expectemus vsquequo alii veniant, & ad pulcherrimi facinoris laudem nos excitent: quin ipsi aliis duces & impulsores simus ad virtutis gloriam capessendam. Vos nunc, vos, inquam, centuriones, viri fortissimi, omnium dignissimos iis quos geritis honoribus, & ad imperādum maximè idoneos ostendite. Ego mediusfidius neq; vos alacriter ad hoc opus aggredientes non libentissimè sequar: neque, si mihi hoc imperandi munus detuleritis, ætatis excusatione vtar: quin me vigere puto ad propulsanda mala.

ORATIO XENOPHONTIS.

ARGVMENTVM.

Superiorem orationem habuerat Xenophon in conuentu centurionum Proxenī ducis, quem cum aliis iugulauerat Artaxerxes. Inde quum reliqui duces omnes & centuriones omnes de rerum summa conuenissent, iussus est à suis eadem illa quæ in priuato concilio dixerat, in hoc frequentiore referre. Id ille hîc facit, & orsus à commoratione periculi, & Persarum crudelitate summa perfidia coniuncta, hortatus est vt bonos animos & magnam spem conciperēt, exemplo virtutis gregariis militibus prælucerent, (virtute autem eos anteire debere luculenter ostendit) creent duces quos interfectis subrogent. Languētes animos militum recreent & excitent. De magnitudine animi & contemnenda morte grauiter disserit, sed paucis.

Ἀλλὰ τοῦτα μὲν ἅπαντες ὅπισά μεθα, ὅτι βασιλεὺς καὶ Τισσαφέρνης οὓς μὲν ἐδύνηθησαν σὺν ἐλιφασιν ἡμῶν, τοῖς δ' ἄλλοις δηλονότι ὅπως βουλεύσουσιν, ἡμῖν δέ γ' οἶμαι παντὸς ποιητέα ὡς μήποτ' ὀφθῆ τοῖς βαρβάροις γενώμεθα, ἀλλὰ μᾶλλον, ὧν δυνώμεθα, ὡς ὧν δυνώντων ἀπολέσωσιν ἐκεῖνοι ἐφ' ἡμῖν. οὗ τοίνυν ὅπισθε ὅτι ὑμεῖς τοσοῦτοι ὄντες ὅσοι νῦν σὺν ελιλύθατε, μέγιστον ἔχετε καιρόν. οἱ γὰρ σρατιῶται οὗτοι πάντες πρὸς ὑμᾶς ἀποβλέπουσι· κἂν μὲν ὑμᾶς ὁρῶσιν ἀθυμοῦντας, πάντες κακοὶ ἔσονται· ὧν δὲ ὑμεῖς αὖτοί τε φρασθυαζόμενοι φανεροὶ ἦτε ὀφθησόμενοι τοῖς πολεμίοις, καὶ τοὺς ἄλλους παρακαλῆτε, οὗ ἴσε ὅτι ἕψονται ὑμῖν, ὃ πεισόμενοι μιμεῖσθαι. ἴσως δέ τι καὶ δίκαιον ὄφειν ὑμᾶς διαφέρειν τῶν ὑμεῖς γὰρ ἐσε σρατηγοί, ὑμεῖς ταξίαρχοι καὶ λοχαγοί. καὶ ὅτε εἰρήνη ἦν, ὑμεῖς καὶ χήμασι καὶ τιμαῖς τούτων ἐπλεονεκτεῖτε· καὶ νῦν εἶνων, ἐπεὶ πόλεμός ὄφειν, ἀξιοῦν δεῖ ὑμᾶς αὖτοὺς ἀμείνους τε τῶν πλήθους εἶ), καὶ θεσβουλεύειν τούτων καὶ θεσποιεῖν, ὡς που δέον. καὶ νῦν θρᾴδον μὲν οἶμαι ἂν ὑμᾶς μέγα ὀνῆσαι τὸ σράτευμα, εἰ ὅτι μελλησείητε ὅπως αὖτι τῶν ἀπολωλότων ὡς τάχισα σρατηγοὶ καὶ λοχαγοὶ καθεσήξουσιν. αὖθις γὰρ ἀρχόντων οὐδὲν αὖ οὔτε καλὸν οὔτε ἀγαθὸν γένοιτο, ὡς μὲ σὺν ελόγῳ εἰπεῖν, ἀδαμοσ· ὃν δὲ δὴ τοῖς πολεμικοῖς παντάπασιν. ἡ μὲν γὰρ ἀταξία σώζειν δοκεῖ, ἡ δὲ ἀταξία πολλοὺς ἤδη ἀπολώλεκεν. ἐπεὶδὰν γὰρ κατασήσωσε πρὸς ἀρχόντας ὅσους δεῖ, καὶ ἢν τοὺς ἄλλους σρατιώτας συλλέγητε καὶ θαῤῥαλεώτερον, οἶμαι ὑμᾶς πάνυ ἂν ὀνῆσαι ποιῆσαι. νῦν μὲν γὰρ ἴσως καὶ ὑμεῖς αἰδανεσθε ὡς ἀθύμως μὲν ἤλθον ὅτι τὰ ὅπλα, ἀθύμως δ' εἰς τὰς φυλακάς. ὥσπε οὕτως γε ἐχόντων, οὐκ οἶδα ὅ, τι ἄν τις χρήσαιτο αὐτοῖς, εἴτε νυκτὸς δέοι τι εἴτε καὶ ἡμέρας. ἢν δέ τις αὖθις τρέψῃ τὰς γνώμας, ὡς μὴ ᾖττον μόνον ἐννοοῦνται, τί πείσονται, ἀλλὰ καὶ τί ποιήσουσι, πολὺ ἀθυμότεροι ἔσονται. ὀφθῆσαι γὰρ δήπου ὅτι οὔτε πλῆθός ὄφειν οὔτε ἰσχὺς ἡ ἐν τῷ πολέμῳ τὰς νίκας ποιοῦσα· ἀλλ' ὁπότεροι ἂν σὺν τοῖς θεοῖς ταῖς ψυχαῖς ἐῤῥωμενέσεροι ἴωσιν ὀφθῆ τοὺς πολεμίους, τούτους ὡς ὀφθῆ πολὺ οἱ σὺν αὐτοῖς οὐ δέχονται. ὑπομιμνήσκω δ' ἔγωγε ὑμᾶς καὶ τοῦτο, ὅτι ὁπόσοι μὲν μαστεύουσι ζῆν ἐκ παντὸς τρόπου ἐν τοῖς πολεμικοῖς, οὗτοι κακῶς τε καὶ αἰσχρῶς ὡς ὀφθῆ πολὺ ἀποθνήσκουσιν· ὁπόσοι δὲ τὸν μὲν θάνατον ἔγνωσαν πᾶσι κοινὸν εἶναι καὶ ἀναγκαῖον ἀνθρώπῳ, τοῦτ' ἐν τῷ καλῷ ἀποθνήσκειν ἀγωνίζονται, τούτοις ὁρῶ μᾶλλόν πως εἰς τὸ γῆρας ἀφικνουμένους, καὶ, ἕως ἂν ζῶσιν, ἀδαιμονέσερον διάγοντας. ἃ καὶ ἡμᾶς δεῖ νῦν καθαθόντας (ἐν τοιούτῳ δὲ καιρῷ ἐσμεν) αὐτούς τε ἀγαθοὺς ἄνδρας εἶναι, καὶ τοὺς ἄλλους θεραπεύειν.

EADEM LATINE

Romulo Amasæo interprete.

EST omnibus notum, regem ac Tissaphernem, & antè quos de nostris potuerint comprehendisse, & nunc operam dare vt nos per insidias de medio tollant. Nobis verò quiduis faciendum censeo ne in barbarorum potestatem veniamus, ac vt illos nos potius (si fieri possit) opprimamus. Illud quidem vos scire oportet, nos ipsos quotcunque sumus, qui huc conuenimus, præclaram virtutis declarandæ occa-

UNED

sionem habere: milites enim hi vos omnes intuentur: quos si fractos ac debilitatos viderint, & ipsi ad ignauiam propensi ferentur: sin contrà, & ipsos vos paratos & erectos in hostem esse, & ad alios incitandos acres animaduerterint, mihi credite vos sequentur, ac ita se comparabunt vt vestri quamsimillimi esse videantur. Et profectò vos æquum est (nisi fallor) hos bellicis artibus lõgè anteire. Vos enim duces, vos tribuni militares, vos centuriones estis: vos, pacatis temporibus, pecunia & honoribus abundatis. Vos itaque & nunc in bello eniti decet, omnibus vt laudibus multitudinem superetis: vos prouidere, vos primi (si res postulet) labores suscipere debetis. Ac primũ omnium vehementer arbitror ad exercitum confirmandum pertinere, vt primo quoque tempore duces ac centuriones in demortuorum locum subrogentur. Nihil enim omnino, si desint qui imperent, vlla in re, vt breuiter dicam, bene ac præclarè geri potest: sed in re bellica minimè, in qua & ordinis constantia rebus salutem, perniciem affert perturbatio. Vbi verò duces constitueritis quod opus est, reliquósque milites recensueritis, ac admunia quenq; sua adhortati fueritis, nihil, opinor, à vobis opportunius fieri possit. Nunc enim & vos facilè videre potestis quàm segniter quámque diffidenter & ad ordines suos veniant, & vigilias obeant. Quòd si ad officium non redierint, non video cui nobis vsui esse possint, quoties quid vel die vel noctu geri oportuerit. Quòd si conuerso in melius animo, non tantùm quid passuri, sed quid facturi sint, cogitarint, multo mehercule alacriores euadent. Id enim planè omnibus perspicuum est, non numero aut corporum robore victoriam comparari, sed vtri in hostem, diis vtique iuuantibus, animo firmiore impressionem fecerint, eos esse quorũ ille impetum sustinere non possit. Illud etiam in mentem mihi venire solet, qui quouis modo vt viuere liceat ab hostibus impetrant, eos plerũque turpiter ac miserè mori: contrà verò quicunque moriendi omnibus communem ac necessariam legem esse, animo reputantes, neque certamine, neque periculo vllo proposito, honestam mortem deprecantur, eos ego ad senectutem peruenire video, &, quoad viuant, beatioris multo vitæ muneribus fungi. Qua nos opinione præditos (id enim temporum à nobis conditio exigit) & ipsos virtutis laudem capessere, & ad eam cæteros expedit adhortari.

XENOPHONTIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Consilium & rationem omnem quam inierant Græci proceres ad vim fœdifragorum hostium propulsandam, vti antea habuimus, oportebat in vulgus militum exponi. Eæ partes Xenophonti mandatæ sunt. is in eam sententiam pro concione hanc orationem habuit: cuius tres sunt partes. Prima, animos illis addere, & ad fortitudinem eos incendere conatur: altera, infirmat & diluit ea quæ contrà afferri poterant: tertia consilium suum & modum belli gerendi aperit. Primum caput nititur æquitate causæ, defensionis necessitate, deorum ope qui à iustioribus stare soleant, exemplis partarum de Persis victoriarum, & comparatione virium: alterum persequitur ea quæ obiici poterant de inopia commeatuum, equitatus, pontium ad traiiciendos amnes: vbi probat ab exemplis finitimorum Persidi populorum virtuti & constantiæ omnia cedere. Postremum caput ostendit, quàm expeditos ad depugnandum esse oporteat: & quãta tum ad proponenda, tum ad exequenda imperia, adhibenda sit diligentia.

Ἐτύγχανον λέγων ὅτι πολλαὶ καὶ καλαὶ ἐλπίδες ἡμῖν εἶεν σωτηρίας. πρῶτον μὲν γὰρ ἡμεῖς μὲν ἐμπεδοῦμεν τοὺς τῶν θεῶν ὅρκους, οἱ δὲ πολέμιοι ὀλιγωρήκασί τε, καὶ τὰς σπονδὰς καὶ τοὺς ὅρκους λελύκασιν. οὕτω δὴ ἐχόντων, εἰκὸς τοῖς μὲν πολεμίοις ἐναντίους εἶναι τοὺς θεούς, ἡμῖν δὲ συμμάχους· οἵτινες ἱκανοί εἰσι καὶ τοὺς μεγάλους ταχὺ μικροὺς ποιεῖν, καὶ τοὺς μικροὺς, κἂν ὦσι δεινοὶς ὦσι, σώζειν ἀπόνως, ὅταν βούλωνται. ἔπειτα δὲ, ἀναμνήσω γὰρ ὑμᾶς καὶ τοὺς τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων κινδύνους, ἵν' εἰδῆτε ὡς ἀγαθοῖς τε ὑμῖν προσήκει εἶναι, σώζονταί τε σὺν τοῖς θεοῖς καὶ οἱ πάνυ δεινῶν οἱ ἀγαθοί. ἐλθόντων μὲν γὰρ Περσῶν, καὶ πᾶσι σὺν αὐτοῖς παμπληθεῖ στόλῳ ὡς ἀφανιοῦντων τὰς Ἀθήνας, ὥστε μὴ εἶναι αὐτοῖς Ἀθήνας, οἱ τολμήσαντες, ἐνίκησαν αὐτούς. καὶ δεξάμενοι τὴν Ἀρτέμιδι, ὁπόσοις ἂν καπακάνοιεν τῶν πολεμίων, τοσαύτας χιμαίρας καταθύσειν τῇ θεῷ, ἐπεὶ οὐκ εἶχον ἱκανὰς εὑρεῖν, ἔδοξεν αὐτοῖς κατ' ἐνιαυτὸν πεντακοσίας θύειν· καὶ ἔτι καὶ νῦν ἀποθύουσιν. ἔπειτα ὅτε Ξέρξης ὕστερον ἀγείρας πᾶν ἀναρίθμητον στρατὸν ἦλθεν ὅθεν πᾶν Ἑλλάδα, καὶ τότε ἐνίκων οἱ ἡμέτεροι πρόγονοι τοὺς τούτων προγόνους καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν. ὧν ὅτι μὲν τεκμήρια ὁρᾶν ἔστι θύματα, μέγιστον δὲ μαρτύριον ἡ ἑλεύθερα πᾶσι πόλεων ἐστὶ αἷς ὑμεῖς ἐγένεσθε καὶ ἐτράφητε· οὐδένα γὰρ ἄνθρωπον δεσπότην, ἀλλὰ τοὺς θεοὺς προσκυνεῖτε. τοιούτων μὲν ἐστὲ προγόνων. οὐ μὲν δὴ τόγε ἐρῶ, ὡς ὑμεῖς καταισχύνετε αὐτούς· ἀλλ' οὔπω πολλαὶ ἡμέραι ἀφ' οὗ αἰσχρὰ ἄμυνοι τούτοις τοῖς ἐκείνων ὀκγόνοις, πολλαπλασίους ὑμᾶς αὐτῶν

